DE VERBORUM COMPOSITORUM
APUD HORATIUM
STRUCTURA.

DISSERTATIO INAUGURALIS
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
IN
UNIVERSITATE FRIDERICIANA HALENSI
CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA
AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS
SCRIPSIT

FERDINANDUS TEETZ
PRIMISLAVIENSIS.

HALIS SAXONUM
FORMIS DESCRIPSIT CAROLUS COLBATZKY.
MDCCCLXXXV.

FAUTORI MEO BENIGNO

VON DER KLEYEN

HAS STUDIORUM PRIMITIAS QUALESCUNQUE

PIO ANIMO

D. D. D.

AUCTOR.

His notis locos insigniam:

O. = odarum libros.
ep. = epodon librum.
c. s. = carmen saeculare.
S. = sermones.
Ep. = epistolas.
a. p. = artem poeticam.

Cum omnino de elocutione singulorum aevi Augustei poetarum satis magnam ad meditandum commentandumque materiam semper praebentium et de certis quibusdam rei grammaticae partibus apud praestantissimos illius aetatis scriptores quaestiones adhuc quam plurimae institutae sunt, tum praecipue Horatii carmina accuratissime pervestigata commentariisque uberrimis illustrata sunt, ita ut incipienti de ejus dicendi usu verba facere verendum videatur, ne „in silvam ligna ferat“ (S. I 10_{34}) neu frustra oleum et operam in perficienda commentatione consumpserit. Nihilo minus non paucae restant res, quas adhuc aut omnino neglectas, aut si in quaestionem vocatae sunt, non tam accurate tractatas video, ut indignae sint, ad quas iterum pertractandas animum intendamus. Atque ut qui in aedificio aliquo moliendo occupatus est, antea singula omnia saxa comportet necesse est, priusquam ad ipsam domum extruendam accedat, tum autem, cum omnibus quibus opus est rebus ornatus atque exstructus est, eo celerius ac melius inceptum opus ad exitum adducet, ita in Horatii carminibus versantes nisi singula quaeque quam diligentissime perquirendo verba tradita, qua sunt eximia dictionis arte quaque interpretationis difficultate, ad eam qua opus est integritatem perfectionemque non adducemus.

Quare ego de verborum compositorum usu scripturus spero opusculo meo non tam grammaticis illis studiis aliquid me profuturum, quae novissimis potissimum temporibus permulta instituta accuratam ab omnique parte perfectam linquae latinae cognitionem nobis subministrent, quam ad explicandam ipsius Horatii orationem pauca, quoad ejus facere possum, collaturum. Namque cum accuratius exploratum erit, quid unicuique scriptori proprium sit quidque cum aliis aut ejusdem orationis generis aut alius scriptoribus commune, tum eo facilius etiam alterum illum ut ita dicam studii grammatici campum colere poterimus neque ideo difficulter historiam habebimus orationis cum solutae tum poeticae, nempe scientes,

quali dicendi genere antiquiores scriptores, quali posteriores usi sint, ac quae alius pro alio ad linguam locupletandam et excolendam contulerit.

Sed jam dixi permultos Horatii et carminibus emendandis explicandis illustrandis et examinandae et persequendae locutioni adhuc vacavisse. Cujus alterius generis commentationes omnes hoc loco afferre opus non est; est enim largus earum penus, quae usque ad annum 1866 in lucem editae sunt, ab Ebelingio in opusculo „de casuum usu Horatiano" (prgr. Wernigerode 1866) inde a pagina quarta enumeratus; sed addendae sunt hoc loco eae dissertationes, quae post annum quem dixi institutae sunt:

Neuss „quaest. Hor. gramm." diss. Monast. 70.

Wirtzens „gebrauch der praepp. in der stellung ἀπὸ κοινοῦ bei H." prgr. realgymn. Waidhofen 1875.

L. Unterberger „syntactische graecismen bei H." prgr. Brixen 1877.

Quarum quas secundo ac tertio loco attuli inspicere mihi non licuit.

H. Dittel „de dativi apud H. usu" prgr. gymn. Landscron i. B. 1878, cui V. D., quod mihi opusculum benigne utendum tradidit, gratias hic ago quam maximas.

Barta „sprachliche studien zu H. sat." prgr. Linz 1879 & 81.

Jam vero de verborum compositorum structura pauca inveniuntur apud Ebelingium l. c., sed quae attulit tot represensionis ansas habent ut vix altera commentatio eaque ratione quadam ornata supervacanea sit: Nam praeter manifestos errores mendaque, quorum partem jamjam Neussius detexit, alia quae in eo genere memorabilia in carminibus H. insunt, plane omittit.

Ex parte etiam Ulricus in commentatione sua „de verborum composs. quae exstant apud Plantum structura" (prgr. schol. lat. Hal. 80) ea quae apud Horatium exstant tractavit. Sed ne ea quidem abunde quaestioni satisfaciunt. Nam ut accuratius de Plautino usu ageret, etiam ex aliis poetis ea elegit, quae comparationi apta putaret: at Horatianum usum diligentius neque investigavit nec voluit investigare.

Tertia hujusmodi commentatio Dittelii est, qui quia de dativi usu verba facit, etiam compositorum recte rationem habet et propterea locos ‚omnes ad unnum' (?), ubi tertium casum intellegendum putabat, collegit. Qua in re eum non solum aliquoties errasse infra videbimus, sed etiam praetermisit, quod a re proposita disjunctiora erant, ea omnino exempla, in quibus aut ablativus aut accusativus aut denique

praepositio scripta est; quare ne ea quidem quae protulit huic quaestioni ex omni parte sufficiunt. [1])

Sed haec hactenus; restat ut paucis indicem, quo ordine res opusculo meo tractaturus sim: disseram primum de iis verbis compp., quae cum remotionem vel separationem significent, aut cum praep. (a, de, ex) construuntur, aut cum nudis casibus, ablativo vel dativo. Cujus partis alterum caput continebit verba cum ‚a, de, ex' praepp. composita, alterum verba cum ‚pro, sub, dis, se-, re-' compp.; deinde ea tractabo verba, in quibus, cum composita sint cum praepp. „ad, ante, con, in, inter, ob, post, prae, sub, super", conjunctionis vis inest quaeque aut praepositio aut dativus sequitur. Ad extremum exponam, quaenam verba cum praepp. „circum, per, praeter, trans", compp. quaeque priorum partium proprie intransitiva transitivam accipiant vim et propterea accusativum adsciscant. Appendicis loco quartum adjungo caput, quo verba, quae regimen ‚aliquem aliqua re' admittunt, ut „intendo, adspergo", enumeraturus sum. Praeterea loci aliquot tractati quid commentatione mea H. carminibus recte intellegendis profuerim, demonstrant.

I.

De ablativo separativo.

A.

Verba cum „a, de, ex" praepp. composita. [2])

§ 1.

Sequitur dativus ablativus, praepositio; sed quia et tertius et sextus casus-parem habentes exitum-nude iis adjunguntur, saepenumero difficile est dijudicatu, utra structura ab H. adhibita sit; quare ut legem quandam normamque cognoscerem, quam secutus poeta verba construeret, equidem hanc viam ingressus sum: collegi ea exempla, quae dubitationi omnino locum non praebent, eaque ita inter se contuli, ut qualis

---

[1]) alias dissertationes de v. c. institutas, quae omnes in perficienda mea commentatione non neglectae sunt, attulit Keller „de v. c. apud Lucretium usu" diss. Hal. 80 pg. 4 ann. quibus adde Schneemann „de v. cum praepp. compp. apud Catull. Tibull. Prop. structura" Hal. Sax. diss. 81.

[2]) de discrimine principalis praepositionum notionis his verbis adunctarum cf. Schneemann l. c. pg. 9, ubi alii enumerantur VV. DD.; de formatione verborum compp. Ho. cf. Rothmaler „de H., jverborum inventore", diss. inaug. Berol. 1863 pg. 32 sqq.

praepositio scripta est; quare ne ea quidem quae protulit huic quaestioni ex omni parte sufficiunt. [1])

Sed haec hactenus; restat ut paucis indicem, quo ordine res opusculo meo tractaturus sim: disseram primum de iis verbis compp., quae cum remotionem vel separationem significent, aut cum praep. (a, de, ex) construuntur, aut cum nudis casibus, ablativo vel dativo. Cujus partis alterum caput continebit verba cum ‚a, de, ex' praepp. composita, alterum verba cum ‚pro, sub, dis, se-, re-' compp.; deinde ea tractabo verba, in quibus, cum composita sint cum praepp. „ad, ante, con, in, inter, ob, post, prae, sub, super", conjunctionis vis inest quaeque aut praepositio aut dativus sequitur. Ad extremum exponam, quaenam verba cum praepp. „circum, per, praeter, trans", compp. quaeque priorum partium proprie intransitiva transitivam accipiant vim et propterea accusativum adsciscant. Appendicis loco quartum adjungo caput, quo verba, quae regimen ‚aliquem aliqua re' admittunt, ut „intendo, adspergo", enumeraturus sum. Praeterea loci aliquot tractati quid commentatione mea H. carminibus recte intellegendis profuerim, demonstrant.

I.

De ablativo separativo.

A.

Verba cum „a, de, ex" praepp. composita. [2])

§ 1.

Sequitur dativus ablativus, praepositio; sed quia et tertius et sextus casus-parem habentes exitum-nude iis adjunguntur, saepenumero difficile est dijudicatu, utra structura ab H. adhibita sit; quare ut legem quandam normamque cognoscerem, quam secutus poeta verba construeret, equidem hanc viam ingressus sum: collegi ea exempla, quae dubitationi omnino locum non praebent, eaque ita inter se contuli, ut qualis

[1]) alias dissertationes de v. c. institutas, quae omnes in perficienda mea commentatione non neglectae sunt, attulit Keller „de v. c. apud Lucretium usu" diss. Hal. 80 pg. 4 ann. quibus adde Schneemann „de v. cum praepp. compp. apud Catull. Tibull. Prop. structura" Hal. Sax. diss. 81.

[2]) de discrimine principalis praepositionum notionis his verbis adjunctarum cf. Schneemann l. c. pg. 9, ubi alii enumerantur VV. DD.; de formatione verborum compp. Ho. cf. Rothmaler „de H., verborum inventore", diss. inaug. Berol. 1863 pg. 32 sqq.

constructio ex ipso verborum conspectu facile sub cadat.
ui ordo hanc praebet speciem:

1) verba cum „a“ praep. compp.

Sequitur	dativus *a) pers.*	dativus *b) rei*	ablativus *a) pers.*	ablativus *b) rei*
absolvo				crimine
absum	virenti			funere, virtute
aufero	cui			
avello	tibi.			

2) verba cum „de“ praep. compp.

decedo	illi, tibi			aerata triremi
decurro				monte
deduco				corpore
defluo	praedae (pro „Europae“)			
defundo				cornu
dejicio				mensa, loco
demeto	cuidam			
demitto				pectore
depello				ore, lacte
depromo				diota
derivo				fonte
destituo				mercede
desurgo				cena
detero	sibi			
deterreo				victu
detorqueo				fonte
detraho	illi			

3) verba cum „ex“ praep. compp.

egredi				magna Roma
elicio				domo
emoveo				loco
excido	Canidiae, Saganae			
excludo				Helicone, fore

Sequitur	dativus a) *pers.*	dativus b) *rei*	ablativus a) *pers.*	ablativus b) *rei*
exeo				fornice, urna
expedio				metu
exilio				domo
exsto				aqua
extorqueo	cui			
extraho				turba

Apparet igitur hujusmodi verborum structuram duplicem apud H. exstare; haec enim norma constitui potest:

„Sequitur dativus, si motus a persona proficiscitur; eodem modo ea substantiva quae personae loco usurpantur aut tralate personae vim accipiunt (cf. praedae s. v. defluo), construuntur. Adsciscunt vero verba illa casum sextum, si non persona sed res eis adjuncta est.“

Addendum est utroque loco praepositionem usurpari posse: quod quia per se satis in promptu est, non habeo cur exempla omnia quae legantur in conspectu ponam.

Itaque qui loci nobis incerti videntur, ex analogia eorum qui omni locutionis dubitatione vacant, recte intellegi possunt; sunt vero haec verba:

1) verba cum „a“ praep. compp.

Sequitur	dativus a) *pers.*	dativus b) *rei*	ablativus a) *pers.*	ablativus b) *rei*
abeo	superbis			
abigo				epulis
abrumpo	Perithoo			
abscindo				soldo
absisto				bello
absterreo				vitiis
absum				chartis
aufero	fautoribus			
averro				mensa
averto				lucris, mercaturis

2) verba cum „de“ praep. compp.

Sequitur	dativus a) *pers.*	dativus b) *rei*	ablativus a) *pers.*	ablativus b) *rei*
decedo	peritis, Hymetto			summo
decutio				silvis
deduco				silvis, animo

Sequitur	dativus		ablativus	
	a) pers.	*b) rei*	*a) pers.*	*b) rei*
defluo	tonso			saxis
defundo				pateris
demoveo				lucro
depello				dorso
depromo				cellis
deripio	militibus			lacertis, postibus, coelo, digito, horreo, polo
descendo				coelo
desilio				lecto, montibus, turribus
detergeo				coelo
deterreo				caedibus
detraho				servis, digno
devoco				coelo

3) verba cum „ex“ praep. compp.

effero				agris
ejicio				cellis
elido				nervis
emetior				acervo
emeto				agris
eruo				sepulcris, populo
evello				animo, agro, caeno
excerpo				numero, pomis
excito				agris
excutio				pronriis (negotiis), lectis
expedio				laqueis
exprimo				arbusto
exsicco				culullis
extendo				nido
extraho				alvo
extrico				plagis
exuo				pellibus.

Neque vero omnino hujusmodi dativi in frequentem usum

venerunt: qui inveniuntur, pronominum plerumque vel personalium vel relativorum sunt.

De verbis quibusdam ex illa regula excipiendis (abstineo. desum, defendo, demo, eximo, adimo, eripio, demissus, editus) cf. §§ 5 et 7.

§ 2.

Sed jam ad ipsos locos, quibus leguntur illa verba, enumerandos aggrediendum; quorum si me quis minus diligentem effugerit, ab eis qui legant, veniam peto.

1) Verba cum ‚a' praep. compp.

1) abeo: Ut persaepe in H. carminibus extat, ita semel — et hoc quidem loco tralate — cum casu nude posito (dat.) invenitur: a. p. 201. „Ut abeat fortuna superbis"; altero loco, quo poprie localiter usurpatum est, legitur adverbium unde: S. I. 1_{108}: „unde abii."

2) abigo: abl.: S. II. 2_{44} necdum omnis abacta est Pauperies epulis regum.

3) abludo: S. III 2_{320}: haec a te non multum abludit imago.

4) abrumpo: dat: O. IV 7_{27}: Nec Lethaea valet Theseus abrumpere caro Vincula Perithoo.

5) abscindo: S. I. 2_{113}: inane abscindere soldo. (abl.); contra O. I. 3_{21}: „Nequiquam deus abscidit prudens Oceano dissociabili terras" „Oceano" abl. instr. est.

6) absisto: S. I. 3_{104} „bello absistere" (abl.)

7) absolvo: primum exemplum, ubi nudus casus dubitationibus locum non praebet, legitur S. II 3_{279}: „an commotae crimine mentis Absolves hominem".

8) absterreo: semel c. abl. usurp: S. I 4_{129}: „teneros animos aliena opprobria saepe Absterrent vitiis". Altero loco non tam communem sermonis pedestris usum quam suam ipsius, quam infra (§ 4) exponam consuetudinem secutus H. ‚a' praep. adjungit: S. II 5_{83}: Ut canis a corio nunquam absterrebitur uncto.

9) absum: a. *cum dat. pers.*: O. I 9_{17}: Donec virenti canities abest morosa.

b. *cum abl. rei:* S. I 4_{101}: vitium procul afore chartis . . promitto; O. II 20_{21}: absint inani funere neniae; a. p. 370: consultus juris et actor causarum mediocris abest virtute diserti Messalae.

De O. III 24_{64} (Curtae nescio quid semper abest rei) cf. § 20_2.

10) aufero: ter conjungitur cum dat. pers.: O. II 16_{15}: cui... nec leves somnos timor aut cupido sordidus aufert,

O. III 12_5: tibi telas operosaeque Minervae studium aufert ... Liparei nitor Hebri.; Ep. I 15_{34}: Hic ubi nequitiae fautoribus .. nil aut paullum abstulerat. Ceteris locis, quibus invenitur, aut absolute usurpatum est, aut praecedunt ei adverbia: S. I 4_{131}: fortassis et istinc (= istis vitiis) Largiter abstulerit longa aetas; S. II 3_{217} quare aufers Undique.

11) avello: S. I 2_{104}: an tibi mavis ... pretium avellier?

12) averro: S. II 4_{37}: cara pisces averrere mensa (cf. Btl. ann.). aliter S. II 3_{235} ubi simplex legitur: tu pisces hiberno ex aequore verris.

13) averto: legebatur in libris ante Lambinum editis S. II 4_{37}: „cara pisces avertere mensa“, quam lectionem falsam esse primus V. D. ille intellexit et „averrere“ e suis codicibus exhibuit; quod probavit Bentleius, neque jam dubiam palmam ei lectioni fecerunt collationes Holderi.

Contra exstat saepius participium perf. pass., in adjectivi usum derivatum: O. II 4_{19}: illam . . lucro . . aversam; S. II 3_{107}: aversus mercaturis. (Cic.: „*a* vero, *a* musis aversus“).

2) verba cum „de“ praep. compp.

14) decedo: quod legitur apud Draegerum I² pg. 507: „decedere wird in der rection überall mit solcher inconsequenz behandelt, dass nichts bestimmtes darüber ausgesagt werden kann,“ et paullo infra: „auch die betrachtung des gsebrauches bei andern Schriftstellern (scl. als bei Cic., Cae., Liv.) führt zu keinem bestimmten resultat“, ad Horatianum usum non esse referendum hi docent loci:

a. *cum dat. pers.*: O. II 9_{11}: „nec tibi ... decedunt amores; Ep. II 2_{152} illi decedere pravam stultitiam; Ep. II 2_{213}: Vivere si recte nescis, decede peritis“; O. II 6_{15}: „non Hymetto mella decedunt“ (per brachylogiam dictum: quam si dissolves, cave dativum (melli Hymetti) pro ablativo (melle Hymetti) ponas!)

b. *cum abl. nude posito:* neque Decedit aerata triremi ... atra cura O. III 1_{39}; si paullum summo decessit a. p. 378; sed Ep. I 6_3: ‚decedentia certis Tempora momentis‘, ubi decedere de stellarum occasu dictum est, abl. ‚certis momentis‘ non separativus est, sed qui dicitur abl. modi: ‚nach bestimmten bewegungsgesetzen‘ (momentum = movimentum.)

Cum abl. etiam simplex constructum est O. III 4_{28}: cedere campis.

15) decerpo: *cum praep.*: S. I 2_{79} ex re decerpere

fructus. Altero loco legitur cum adv. locali: O. I 7_7: Undique decerptam olivam.

16) decurro: a. *cum abl.*: O. IV 2_5: monte decurrens; b. *cum praep.*: O. III 27_3: ab agro decurrens lupa.

17) decutio: *abl.*: ep. 11_6: „Hic tertius december ... silvis honorem decutit", quo loco Ulricus l. c. pg. 5_7 non ablativum sed dativum intellegit.

18) deduco. *adv*: O. IV 4_{19}: mos unde deductus; *abl.*: a. p. 244: silvis deducti Fauni; Ep. I 2_{48}: non aeris acervus et auri Aegroto domini deduxit corpore febres, Non animo curas;

abl. instr. his locis inveniuntur: deduci superbo .. triumpho O. I 37_{31}; tenui deducta poemata filo Ep. II 1_{225}; abl. temporis adjunctus est S. II 1_4: similesque meorum Mille die versus deduci posse.

19) defluo: a. *cum praep.* adjuncto dativo commodi: O. I 28_{28}: merces ... tibi defluat aequo ab Jove.

b. *c. dat*: O. III 27_{53}: Antequam .. tenerae sucus defluat praedae (pro „Europae"); S. I 3_{31}: Rusticius tonso toga defluit.

c. *c. abl:* O. I 12_{29}: Defluit saxis agitatus humor.

20) defundo c. *abl:* O. IV 5_{34}: mero Defuso pateris; idem casus addito insuper dat. com.: Ep. I 12_{29}: „aurea fruges Italiae pleno defundit Copia cornu": quamquam hoc loco etiam de abl. *instr.* (*mit* vollem horn) cogitari potest. (cf. c. s. 60: apparet beata pleno Copia cornu.)

21) Deicio *bis c. abl*: S. I 3_{91}: mensave catillum ... deiecit; Ep. II 2_{30}: Praesidium regale loco dejecit ... summe munito; *semel c. praep.*: S. I 6_{39}: audes deicere e saxo civis.

22) demeto: S. I 2_{46}: Accidit ut cuidam testes caudamque salacem Demeterent ferro: ita Btl. secutus scripturam codd. quorundam apud Lamb. allat.

23) demitto a. *cum praep:* S. I 5_{103}: deos id Tristes ex alto coeli demittere tecto.

De participio „demissus" cf. § 7.

b. *cum abl.:* latum demisit pectore clavum S. I 6_{28}.

24) demoveo[1]) S. I 1_{39}: „cum te neque fervidus aestus Demoveat lucro neque hiems (abl.)

25) denomino. O. III 17_3: priores hinc Lamias ferunt denominatos.

---

[1]) affert Kellerus, epileg. ad. H. pg. 196 commentationem H. Schmidtii „de discrimine verborum demovere et dimovere", quam in manibus non habuisse valde me piget.

26) depello: Ep. 10_{38}: (equus) non equitem dorso, non frenum depulit ore; O. IV 4_{15}: Matris ab ubere jam lacte depulsum leonem: qua forma mirum quantum V. V. D. D — et id quidem sine justa causa — vexati sint.

27) deposco: S. I 2_{70}: Numquid ego a te Magno prognatum deposco consule cunnum?

Contra posco c. acc. leg. O. I 24_{12}, S. II 7_{90} saepius.

28) depromo: O. I 37_{5}: depromere Caecubum Cellis avitis; O. I 9_{7} benignius Deprome quadrimum Sabina . . . merum diota.

29) deripio [1]: omnes loci ii sunt, ut nisi ex legis nostrae analogia uter sit casus intellegendus, dat. an abl. colligere non possimus:

a. *c. abl.* O. I 9_{28}: Pignusque dereptum lacertis aut digito male pertinaci [2]; O. III 28_{7}: deripere horreo Cessantem . . . . amphoram; O. IV 15_{7}: signa . . . Derepta Parthorum superbis Postibus; ep. 5_{46}: Lunamque caelo deripit; ep. 17_{78}: polo deripere lunam.

b. *cum dat,* O. III 5_{21}: arma militibus . . Derepta.

30) derivo: O. III 6_{19}: Hoc fonte derivata clades.

31) descendo: O. III 4_{1}: descende caelo; contra ep. 7,7. „Britannus ut descenderet sacra catenatus via" sacra via pro „in sacra via" dictum est.

32) describo, S. II 3_{34}: unde ego . . descripsi praecepta.

33) deseco: O. I 16_{15}: particulam undique desectam.

34) desilio: *adv.*: O. III 13_{16}: unde . . Lymphae desiliunt; *abl*: ep. 16,48: montibus altis Levis crepante lympha desilit pede; ep. 17,70: altis desilire turribus; S. I 2_{130}: vepallida lecto Desiliat mulier.

35) destituo (cf. Ebg. l. c. pg. 36): ex quo destituit deos mercede pacta Laomedon O. III 3_{21};

36) desurgo: S. II 2_{77}: Vides, ut pallidus omnis Cena desurgat dubia?

37) detergeo. O. I 7_{15}: Albus ut obscuro deterget nubila caelo saepe notus. *(abl.)*

38) detero. S. I 10_{69}: deteret sibi multa; de altero loco cf. § 19_{33}.

39) deterreo. S. I 4_{112}: a turpi meretricis amore cum deterreret me; a. p. 392: Silvestres homines Caedibus et victu foedo deterruit Orpheus *(abl.)*

40) detorqueo. a. p. 53: verba si Graeco fonte cadent parce detorta.

---

[1]) cf. Keller epileg. pgg. 42 et 349; hj. comm. § 9_{3}.

[2]) cf. hj. comm. § 20_{1}.

Simplex legitur Ep. II 1_{127} cum praep: Torquet ab obscaenis jam nunc sermonibus aurem.

41) detraho: a. *cum dat*: ep. 9, 9. Minatus urbi vincla quae detraxerat servis; S. I 10_{48}: neque illi detrahere ausim . . . coronam; Ep. I 16_{34}: ut si detulerit fasces indigno detrahet idem.

b. *cum praep.:* detractam ex aure . . . . baccam S. II 3_{239}.

42) devoco: ep. 17, 5: caelo devocare sidera *(abl.)*

3) verba cum ‚ex' praepp.

43) effero*: c. abl.:* caput Autumnus agris extulit ep. 2, 18; [anus . . Thebis . . elata S. II 5_{85}.]

44) egredior: S. I 5_1: Egressum magna me . . Roma.

45) eicio: S. I 8_8: angustis ejecta cadavera cellis *(abl.)*.

46) elicio: *c. abl*: Quis devium scortum eliciet domo Lyden? O. II 11_{21}; *c. adv.*: ut inde elicerent S. I 8_{29}.

47) elido: Ep. I 15_6: cessantem nervis elidere morbum *(abl.)*

48) emetior: *c. abl.*: adjuncto dat. com.: S. II 2_{105}: cur carae Non aliquid patriae tanto emetiris acervo.,

49) emeto: *c. abl.*: Ne plus frumenti dotalibus emetat agris Mutus Ep. I 6_{21}.

50) emico: legitur Ep. II 1_{73}: „Inter quae verbum emicuit si forte decorum", ex analogia verbi excellere (cf. no. 60 s. v. expedio et ann.).

51) emoveo: Dura sed emovere loco me tempora grato, Ep. II 2_{46}.

52) eruo ep. 5_{17}: sepulcris caprificos erutos; item transitive usurpatur simplex S. II 5_{22}: unde Divitias aerisque ruam . . acervos; Ep. II 2_{115}: Obscurata diu populo bonus eruet . . speciosa vocabula rerum.

De tertio loco, quo legitur „eruo", cf. hj. comm. § 20_4.

53) evello: Nequidquam caeno cupiens evellere plantam S. II 7_{27}; spinas animone ego fortius an tu evellas agro Ep. I 14_5 (*bis abl.*).

54) excerpo: *abl.*: ego me illorum . . Excerpam numero S. I. 4_{40}: Picenis excerpens semina pomis S. II 3_{272}.

55) excito: Canidiae dentes, altum Saganae caliendrum excidere S. I 8_{49}; Facile suppletur dativus O. III 5_{29}: Nec vera virtus cum semel excidit Curat reponi deterioribus.

56) excito: S. II 8_{56}: Quantum non Aquilo Campanis excitat agris; sed potest etiam de locali abl. (= in agris), cogitari.

57) excludo: Exclusus fore S. I 2_{67}; excludit sanos Helicone poetas Democritus a. p. 296.

58) excutio: *abl.:* excussus propriis (negotiis) S. II 3_{20};

cum subito ingens Valvarum strepitus lectis excussit utrumque S. II 6_{112}; Sed S. I 4_{35} „dummodo risum Excutiat sibi“ supplendum est „(a) circumstantibus“ „von den umstehenden“; ‚sibi‘ enim dativus, qui vocatur, ethicus est.

59) exeo: S. I 2_{31}: homo cum exiret fornice; O. II 3_{27}: omnium Versatur urna serius ocius sors exitura; Semel legitur cum adv.: S. II 7_{12}: unde . . exiret vir libertinus.

60) expedio: O. III 24_8: Non animum metu Non mortis laqueis expedies caput (*abl.*)

Semel *c. praep.* ‚per‘ O. IV 4_{76}; „Quos . . curae . . Expediunt per acuta belli“; quae constructio docendi facultatem aliquam praebet: nam cum ‚a‘ re aliqua expedimur, ipsam illam rem, si localiter animo effingimus, post nos relinquimus; at cum jam insimus in ea, necesse est, quaecumque obstent usque ad finem nos decurrere: ita non solum ‚a‘ re aliqua, sed etiam ‚per‘ rem expedire poeta suo jure potuit.[1])

Adv. unde leg. ep. 11,25: unde expedire . . . non queant.

61) exprimo: abl.: S. I 7_{29}: Expressa arbusto regerit convicia: v. § 20_5.

62) exseco: v. § 20_3.

63) exsicco: abl.: dives et aureis Mercator exsiccet culullis vina O. I 31_{11}.

64) exsilio: S. II 6_{98}: domo levis exsilit.

65) exsto: ep. 5_{35}: quantum exstant aqua . . corpora.

66) extendo: abl. Ep. I 20_{21}: me majores pennas nido extendisse.

67) extorqueo: cui sic extorta voluptas. Ep. II 2_{139}.

68) extraho: S. II 5_{94} extrahe turba oppositis humeris; a. p. 340: puerum extrahat alvo. [S. I 1_{11} rure extractus in urbem]; quae Draegerus I[1] pg. 391 affert: „Extrahere c. dat. gebraucht, dem Horaz hierin folgend, zuerst der ältere Plinius etc.“ recte in secunda editione omisit.

69) extrico: O. III 5_{31}: extricata densis Cerva plagis (*abl.*); Semel sequitur adv.: S. I 3_{88}: Mercedem aut nummos undeunde extricat.

70) exuo ep. 17,15: Setosa duris exuere pellibus Laboriosi remiges Ulixei Volente Circa membra.

§ 3.

Quoniam quae verba cum a, de, ex praepp. composita apud H. legantur vidimus neque unam eandemque structurae

---

[1]) cf. O. IV 9_{41}: per obstantes catervas Explicuit sua victor arma; O. II 7_{13}. Sed me per hostes Mercurius celer . . sustulit; Verg. Aen. II 665: quod me per tela, per ignis Eripis; simili certe modo praep. „inter“ verbo „emico“ adjuncta intellegenda est (no. 50).

rationem in illis inesse apertum est, jam paucis deliberandum est, quae sit ipsa illa ratio quidque intersit inter singulas constructiones. Qua de re mihi disputanti ab iis proficisci licet, quae Lehmannus, Ignatius, Hahnius, ubi disserunt de verbis cum ,ad, ante, con etc.' praepp. compositis, afferunt dicentes composita et transitiva et intransitiva sic ad verbum substantivum revocari posse, ut ea aut quasi causativa aut incohativa verbi substantivi sive simplicis sive cum praep. compositi esse aut denique ejus vim accuratius definire videantur.[1])

Quae ratiocinatio, mathematicorum in modum praeceptorum, quae si vera sunt item si invertuntur verum aliquid praebere necesse est, in contrarium deduci potest; apparet vero quomodo illuc praepp. ,ad, ante, con etc.' appropinquationem significantes pertineant, ita huc referendas esse illas, quibus separationis subest notio, h. e. praepp. ,a, de, ex'; quibus cum praepp. quae composita sunt verba, ita definiri possunt, ut contraria sint verbi substantivi, sive exstant incohative seu causative; nam in utroque genere, et in iis quae cum praepp. ,ad ante con etc.' composita sunt verbis et in iis, quae praepp. ,a, de, ex' adsciverunt, cohaerentia quaedam et quasi quidam contextus cernitur, sed ita, ut in altero genere ad verum perductum, in altero sublatum eum esse videamus:

,accurro, accido ad aliquid' idem est ac ,currendo, cadendo fit, ut ad aliquid adsim, ut alicui rei sim' (incohative).

,addo alicui aliquid' idem est atque ,addendo facio, ut aliquid alicui sit' (causative).

,abscindo, aufero alicui aliquid' idem valet, quod ,abscindendo, auferendo facio, ut alicui aliquid non sit' (causative),

vel ubi substantivi verbi vis accuratius definitur: ,desum alicui' idem est ac ,non sum alicui'.

At praetera omnia illa verba cum ,a, de, ex' praepp. composita etiam ita intellegi possunt, ut privandi significatione praedita sint, quorum quae verbi substantivi et vv. intransitiorum composita sunt, passivam, alia omnia activam vim habent:

---

[1]) Cf. Lehmann „de verborum comp. quae apud Sall. Caes. Tac. leguntur cum dativo structura" diss. inaug. Vratisl. 1863 pg. 12; Ignatius „de verb. c. praep. compp. apud Nep., Liv., Curt. Ruf. c. dat. structura" diss. inaug. Hal. Sax. 1877 pg. 7; Hahn „de v. c. apud vet. poet. scaenicos struct." diss. inaug. Hal. Sax. 1878 pg. 5 et 6, quibus locis exempla invenies.

abest } mihi aliquid = privatus sum } aliqua re
decedit } mihi aliquid = privor } aliqua re

abscindo } alicui aliquid = privo aliquem aliq. re.
aufero }

Duae igitur exstant naturae notionesque, ad quas verba hujus opusculi partis revocare possimus: quibus facultatibus ita H. usus est, ut cum a persona aliqua motus fit, negativam notionem praeferat adjungatque dativum, contra si res altera ab altera movetur, positivam intellegat vim ideoque ablativum adhibeat.

§ 4.

Sed si universum intuebimur numerum verborum, quibus praep. aut eadem aut similis ab Horatio apposita est, apparebit non ita saepe illas, si ad casus unde positos comparamus, adhibitas esse; apparebit item, eas adhiberi et si a persona motus proficiscitur et si de rebus, quibus deest vel a quibus removetur aliquid, verba fiunt; quos ipsos locos accuratius nunc inspici necesse est:

abludo . . a te S. II 3_{320}.
absterreo . . a corio S. II 5_{83}.
decerpo fructum ex re (= coitu) S. I 2_{79}.
decurro ab agro O. III 27_{3}.
defluo ab Jove O I 28_{28}.
deicio ex saxo S. I 6_{391}.
demitto ex coelo S. I 5_{103}.
deterreo a turpi meretricis amore S. I 4_{112}.
detraho ex aure S. II 3_{289}.
emico inter quae (carmina) Ep. II 1_{73}.

Quo e conspectu facile haec constructionis norma exstat atque eminet:

„Verbis cum ‚a, de, ex' praepp. compositis praepositio non adjungitur, nisi verba fiunt
1) de personis
2) de eis nominibus, in quibus res sensibus subjecta inest."

Qua ab lege, quae abhorrere videntur verba (decerpo et deterreo) perfacile ad notionem rerum sensibus subjectarum revocari possunt; quae notio altero loco, qui ad verbum decerpo pertinet, ea re cognoscitur, quod „decerpere" cum voce „fructum" conjunctum est, quae locutio probari non potest, nisi ibi exstat, ubi res aut proprie sensibus animadverti possunt, aut eas ita intellegi licet, ut perfacile sub oculos cadant. Sed plura de illo loco disserere vetor obscoenitatis quae inest in eo multitudine; altero, quem attuli loco, ubi legitur „a turpi meretricis amore cum deterreret" praepositio ideo locum habet, quod „a turpi meretricis amore" idem valet,

atque „a turpi meretrice“, vel „a turpibus meretricibus“; quo loco praepositio eodem modo probanda est, quo supra, ubi de dativo personae disserui, dativus „tenerae praedae“ adjunctus verbo „defluet“ salva lege locum obtinebat (= tenerae Europae).

§ 5.

Omisi adhuc, quia cum ceteris cum ‚a, de, ex‘ praepp. compositis verbis confundenda non sunt, verba:

„abstineo, defendo, demo, eximo, adimo, desum excipio“ nam jam pridem cotidiana consuetudine propriam notionem suamque rationem omiserunt. —

A. **abstinere**, quod et transitive et intransitive ab Horatio usurpatum **ablativum** (et apposita praepp. ‚a‘ et neglecta) adsciscit, his locis legitur:

a. *trans:* abstinuit vim uxore et gnato S. II 3_{202}.

b. *intr.:* inventis miser abstinet ac timet uti, a. p. 170; campestribus abstinet armis a. p. 379; Abstinuit venere et vino a. p. 414.[1])

Atque cur hic poeta a sua ipsius quodammodo consuetudine abierit construxeritque verbum abstinere etiam tum cum ablativo, cum de persona agitur, causa ea videtur esse, quod non solum apud aequales, sed etiam prioribus temporibus constructio illa firma ac fere inveterata erat; quamquam a Cicerone poetae sic differunt, ut ille verbo transitive usurpato semper praepositionem adjungat, contra poetae interdum eam repudient. Sed invenitur apud Livium exemplum, ubi verbo transitive usurpato dativus adjungitur: I 1 ‚duobus, Aeneae Antenorique, omne jus belli Achivos abstinuisse‘; itaque dubitari potest, utrum nostro loco (‚uxore et gnato abstinuit vim‘) genuina lectio servata sit, an potius, quia una illa forma a lege nostra supra constituta discedit, ‚uxori et gnato‘ scribendum sit; quam ἀπορίαν equidem solvere non audeo, praesertim cum ad unum omnibus codicibus ‚uxore‘ traditum inveniam[2]): si in uno aliter legeretur, corruptelam statuere atque emendare ‚uxori‘ non gravarer.

B. **defendo**, { **demo** / **eximo** / **adimo** }, **desum**, **eripio**

quae semper cum dativo construuntur, his exstant locis:

defendo: O. I 17_3: igneam Defendit aestatem capellis.

demo: a. *cum dat.*: *a. rei*: Ep. I 20_{22}: Quantum generi

---

[1]) de eo loco, ubi genitivus adjunctus est, cf. § 6.

[2]) nam in cod. Par. g., ubi „Uxorem“ legitur, ipsis punctis litteram „m“ delendam esse indicatur.

demas, virtutibus addas; Ep. I 18_{94}: Deme supercilio nubem; O. III 6_{42}: sol ubi . . . juga demeret Bobus fatigatis.

β. pers.: O. II 5_{14}: Aetas . . illi, quos tibi dempserit, apponet annos; Ep. II 2_{140}: cui sic . . . demptus per vim mentis gratissimus error.

b. *cum praep.*: partem solido demere de die O. I 1_{20}.

eximo a. *cum dat. a.* pers.: Hic dies vere mihi festus atras eximet curas O. III 14_{14}; Sed dubitari potest, utrum ‚mihi' pertineat ad verbum ‚eximet', an — quod propter verborum ordinem verisimile est — adjungendum sit verbis ‚dies festus.'

β. dat. rei: numero beatorum Eximit virtus O. II 2_{19}; Sollicitis animis onus eximet Ep. I 5_{18}.

b. *cum praep.*: exempta . . spinis de pluribus una Ep. II 2_{212}.

adimo: a. *cum dat. pers.*: Nec tibi somnos (juvenes protervi) adimunt O. I 25_{3}; interdicto huic omne adimat jus praetor S. II 3_{217}; adimam cantare severis Ep. I 19_{9}; Quid autem Caecilio Plautoque dabit Romanus ademptum Vergilio Varioque a. p. 54; at ep. $17_{,44}$ „victi [scl. Castor et Pollux] prece Adempta vati reddidere lumina" dativus ‚vati' ad ‚reddidere' referendum est.

b. *cum dat. rei*: Quae (Lucina) laborantes utero puellas . . adimis . . leto. O. III 22_{3}.

desum[1]): Sunt loci, ubi personae, cui aliquid deest, dativus legitur, septem; quinque, ubi dativus rei exstat:

a. *pers.*: multa petentibus Desuunt multa O. III 16_{43}; neque enim desum mihi S. I 4_{134}; haud mihi deero S. I 9_{56} et III 1_{17}; cum deerit egenti As S. II 2_{98}; ne tibi desit S. II 3_{123}; bonis ubi quid deest Ep. I 12_{24}.

b. *rei:* larga nec desunt Veneris sodali Vina craterae O. III 18_{6}; neu desint epulis rosae O. I 36_{15}; Paullum severae musa tragoediae Desit theatris O. II 1_{10}; Neu desis operae S. II 5_{89}; sed quadringentis sex septem millia desunt Ep. I 1_{58}.

eripio: a. *dat. pers.:* Te Jovis impio Tutela Saturno refulgens eripuit O. II 17_{24}; eripiet quivis oculos citius mihi S. II 5_{35}; eripiet . . curule, Cui volet . . ebur Ep. I 6_{53}; Facile suppletur dativus ‚sibi' O. II 12_{27}: quae (oscula) poscente magis gaudeat eripi;

Item simplex: Flebili sponsae iuvenemve raptum O. IV 2_{21};

b) *dat. rei:* eripe te morae O. III 29_{5}: Quam secuti constructionem dativum etiam his intellegimus locis: Ereptum Stygiis fluctibus Aeacum O IV 8_{25}; vel haedus ereptus lupo

---

[1]) contra deficere et deserere, prout communis sermonis consuetudo est, semper acc. adsciscunt.

ep. 2,60; His eripias si Tempora certa modosque S. I 4,57; eripe turpi colla jugo S. II 7_{91};

c. *cum praep.:* Clarum Tyndaridae sidus ab infimis Quassas eripiunt aequoribus rates O. IV 8_{32}.

Sed haec verba denuo in duas possunt species distingui: quarum ad alteram pertinet defendo, ad alteram cetera.

1) defendo: duplex omnino constructio discerni potest apud ceteros et pedestres et poeticae orationis scriptores: aut enim dicitur ‚defendere aliquem (ab) aliqua re' aut ‚defendere aliquid alicui.'[1]) Quae varietas ita intellegenda est, ut defendere adjuncto abl. tamquam ‚extrahere ex periculo' sonet, contra altera locutio idem valeat atque ‚propulsando depellere, prohibere alicui aliquid', ubi dativus quodammodo vices dativi commodi obit; itaque quae leguntur apud H. verba ‚aestatem capellis' ita intellegenda esse apparet, ut ‚capellis' exterius quod dicunt objectum sit, a quo vel cui aestas propulsetur.

Altera invenitur constructio in verbis, quae exstant apud hunc poetam ‚arcere' et ‚prohibere,' quae ‚regimen aliquem aliqua re' admittunt: de quibus vide § 9_9.[2])

2) demo / eximo / adimo }, desum, eripio;

Compositorum verborum constructionem paullatim ita mutatam esse, ut cum antiquiores scriptores praepositiones iterare adamarent, posteriores saepius nudos casus, imprimis dativum, praeferrent, satis constat: sequitur, ut tota illorum verborum vis ac ratio varie variis temporibus diiudicata et intellecta sit. Nam qui prapositionem usurpabant, duas illas compositi voculas nondum arcte coaluisse sentiebant adhibebantque eam constructionem, quae utrique compositi membro aptissima videretur; contra, qui postea casus nude positos praeferebant, non jam sibi conscii erant, primitus duo in verbis illis membra exstare, quorum utrique propria quaedam vis inesset; potius, quia alterum quasi vocabulum intellegebant, significatione paene nova praeditum, non aliter eo utebantur ac si simplex esset, cujus constructio ipsius verbi vi ac natura stabilita ac confirmata erat.

Sed erant nonnulla composita, quorum partes jam priscis temporibus tam arte colligata erant, ut quasi simplicia constructionis varietatem non jam admitterent et propterea jam apud vetustiores scriptores ea norma construerentur, quam postea demum ad omnia fere verba paullatim propagatam esse

---

[1]) cf. Kühner, II 235 coll. pg. 266,3.

[2]) cf. Eblg. pg. 36 § 4 et Krüg ann. ad a. p. 64 et quae in appendice affert.

videmus: usurpatur enim praepositio, si loci ratio servatur dilucideque significatur; sed praefertur dativus, si modo ,quae ratio inter duas personas sive res incedat vel quid omnino verbi actioni propositum sit' notatur. (Kell.)

Sic in verbis ,demo, eximo, adimo, desum, eripio' duae illae compositionis partes jam priscis temporibus non ita distinctae ac separatae erant, ut ad commutandam constructionem aliquid afferre possent, ut potius totius compositi significatio non aliter sentiretur atque si contrarium esset verborum ,dare, addere, indere'; quae verba qui sequitur dativus quemque haud inepte Ignatius ,dativum commodi' appellat etiam ad ea, de quibus hic agitur, composita transferebatur, sed ita, ut non jam dativus commodi, jed incommodi esset, notione ita amplificata, ut non modo de personis diceretur, sed etiam de rebus, quibus ,demendo, eripiendo aliquid non esset' usurparetur.

Ex his quae dixi apparet Horatium quem praesertim toto hoc primo commentationis capite omnia ad certam quandam regulam direxisse et locutionis illam licentiam, qua alii scriptores iique diligentes usi erant, quodammodo resecuisse certaque lege coercuisse videamus in his verbis facere non potuisse quin ne ispe solutae orationis leges „infelicissime audax" (Quint.) negligeret, constructionem omnibus probatam ac paene animis inveteratam ultro acciperet: quod ni fecisset, certe quae alicubi simpliciora reddidit, hoc loco idem, nimia perpetuitate et constantia ductus, plane delevisset.

At idem quod verbis ,demere, eximere, eripere' semel propositionem adjunxit, a se ipse non descivit: defenditur — ne dicam desideratur — praepositio propria, quae inest illis locis, vi atque natura.[1])

§ 6.

Hac paragrapho ea verba tractaturus sum, quae quamquam plerumque cum ablativo vel accusativo vel praep. construuntur, interdum genetivum[2]) adsciscunt eaque re omnia linguae latinae vincula legesque aspernari videntur.

Quo hi loci pertinent:

desine mollium tandem querelarum O II 9_{17};

laborum decipitur O. II 13_{38};

abstineto . . . irarum calidaeque rixae O. III 27_{69};

neque ille Sepositi ciceris nec longae invidit avenae S. II 6_{84};

---

[1]) etiam Caes. et Cic. interdum praep. illis verbis adjungere satis multa exempla in lexicis collecta docent; praeterea cf. Draeg I² pg. 512 s. v. eripere.

[2]) de forma „genetivus" (pro genitivus) cf. A. Haustein „de genetivi adjectivis accomodati in l. l. usu", diss. inaug. Hal. 1882, pg. 4, adn. 3.

Eodem modo simplicia nonnulla: cum famulis operum solutis[1]) O. III 17_{16}; regnavit populorum O. III 30_{12}; et miror morbi purgatum te illius S. II 3_{27}; damnatusque longi Sisyphus Aeolides laboris O. II 14_{19};[2])

Quam sibi libertatem etiam alii concesserunt poetae,[3]) qui „qua sunt sententiarum granditate ac novitate, ita etiam, orationem ad has sententias digne exibendas novis quibusdam ornamentis decorant" ideoque a vulgaribus formis ac verborum conjungendorum consuetudine interdum aberrant. At Horatianos quos attuli locos omnes primo H. poeseos tempore ortos videmus esse; qua re jure affirmaverim eum postea constructiones tam inusitatas et a lingua Romanorum quodammodo, si aevum Augusteum spectamus, abhorrentes respuisse seseque ad cotidianum sermonis usum convertisse.

Sed si talem verborum consociationem legimus, qualis pedestris sermonis modum excedit, inquirendum est, utrum ex alius gentis oratione eam derivatam an ad proprias quasdam latini sermonis leges revocandam ad ejusque normam diiudicandam esse censeamus; de qua quaestione magnopere V. V. D. D. inter sese dissentiunt.[4]) Atque ut semper fuerunt, qui quaecunque ab usitatis grammaticis legibus abhorrere videntur, „graecismum" esse existimarent,[5]) ita etiam hic plerumque et grammatici et librorum editores in illis genetivis Graecorum imitationem deprehendunt eosque ex Graeca oratione derivare non dubitant (cf. Haustein l. c.) Alii — ut Sanctius in libro suo grammatico, qui inscribitur ‚Minerva' — consuetudinem illam Latino sermoni vindicant, sed ita, ut ellipsi substantivi cujusdam rem expediant (cf. Haustein l. c. pg. 6; Rudd. II 122 ann. 33.): quos secutus etiam Kruegerus ad S. II 6_{84}: ‚Ille ciceris invidit' adnotat ‚copiam' esse subau-

---

[1]) solutus adjuncto abl. legitur ep. 2_4: Solutus omni fenore; S. I 6_{129}: solutorum misera ambitione graviquc.

[2]) alii sunt genitivi, qui O. IV 9_{37} „abstinens . . pecuniae" et O. III 19_{16} „Rixarum metuentes" leguntur: qui genetivi non verbi vi, sed propria participiorum praes. constructione efficiuntur.

Contra O II 11_4 „nec trepides in usum poscentis aevi pauca" et O. IV 1_{18}: „Et quandoque potentior Largi muneribus riserit aemuli", quorum loc. priore Dillenburgerus, altero Nauckius genetivum a verbo finito pendere existimat, recte ceteri editores, quia loci aliter intellegi possunt, inusitatam illam constructionem repudiant.

[3]) ita apud Verg. legitur: Aen. X 441: desistere pugnae; ib. XI 126: Justitiaene prius mirer belline laborum? — Alia exempla collecta sunt apud Rudd. II pg. 120.

[4]) cf. Klein, de verb. separandi apud Tac. struct., diss. inaug. Hal. Sax. 1878 pg. 25 adn.; Haustein l. c. pg. 5 ff.

[5]) jam Quint. IX 3_{17} censet Horatianum illud „invidere c. gen." Graecismum esse. („ex graeco vero translata [vel Sallusti plurima . . . .] vel Horati, nam id maxime probat: „nec ciceris etc.")

diendum; item alii O. III 17_{16}: ,cum famulis operum solutis‘ ,operum‘ per breviloquentiam pro ,operum onere‘ dictum esse censent.

Sed neque Graecae consuetudinis imitatio nec vocabuli omissio rationem ejus constructionis satis apte illustrat: Etenim qui graecismum eam appellant, non viderunt, jamjam apud veteres poetas ejusmodi genetivos inveniri [1]), atque quae apud Plautum et Terentium exstant verborum consociationes, certe etiamsi Graecorum linguae similes videntur esse, sermoni latino vindicanda sunt; nam quamquam saepissime singula Graecorum vocabula in scaenicorum illorum fabulis inveniuntur, tamen verborum conjungendorum rationem et consuetudinem a Graecis derivatam nondum ideo reperies, quia singula verba multo facilius gentium usu et commercio inter sese conjunctarum ex alia in aliam transferri nec tamen propria verba ad alius cujusdam gentis similitudinem conjungi posse facile liquet. [2])

Sed haec leviora; illud vero grave atque magnum, quod apud Ciceronem legg. II 20_{51} vetus quaedam lex legitur [3]) („is per aes et libram heredem testamenti solvat“) quae sine dubio iis jam temporibus orta est, quibus Romanorum cum Graecis usus aut omnino non fuit, aut profecto tam rarus, ut vernaculae linguae novas indere constructiones nondum posset. [4])

Item qui in ellipsi statuenda versantur, ideo non recte judicant, quod plerumque — id vero etiam ex H. locis satis apparet — omnino non patet, quale substantivum, quod loci naturae maxime conveniat, subaudiamus. [5])

---

[1]) cf. Schaaf „de genetivi usu Plautino“ diss. inaug. Hal. Sax. 1881 pg. 39 sqq.

[2]) cf. Haustein, l. c. pg. 3.

[3]) legitur praeterea legg. III 13_{31} in codd. Leidens. A et B „ejusdem cupiditatis tenerentur“, quam lectionem etiam exemplum Orellianum exhibet; sed quia hic locus non legis cujusdam pars est, laudo Halmium, quod „cupiditatibus eisdem“ quae lectio apud Lambinum et in duobus dett. codd. legitur, in textum recepit.

[4]) Quam meam rationem certe non infirmant, quae affert Jordan „beitraege zur geschichte der lat. sprache“ Berl. 1879 pg. 225: „zweck (scl. der abhandlung) ist es, hervorzuheben, in welchem maasse und mit welcher fähigkeit Cicero das alte latein der urkunden nachgeahmt habe“ et pg. 228: „die eingelegten gesetze . . . sind eine mit benutzung der in diesen enthaltenen hauptgedanken und darin üblichen redewendungen versuchte nachdichtung. —

Genetivos illos jam antiquitus a Romanis usurpatos esse, docet etiam Haase, (ad Reisigii gramm. schol. ann.) pg. 638, ann. 526: „stehend waren zu allen Zeiten die juristischen formeln für das gewährleisten und ähnliche mit dem genetiv“, quibus exempla haud pauca addit.

[5]) cf. Rudd. (-Stallbaum) pg. 123 n. 33.

Itaque cum neque Graecorum imitatio, neque vocis omissio rationem illius constructionis satis illustret, equidem secutus explicationes, quas H. Keilius in scholis suis renuntiavit, hac via ad verum procedi posse confido:

Duo omnino casus, quibus res objecta significatur, verbis primitus adjungebantur [1]): accusativus aut genetivus; quorum prior apponitur verbis, si transitive usurpantur; quod saepissime fieri, praesertim in lingua quam dicimus classica, satis notum est:

,cupio te'

alter a verbis adsciscitur, cum in in transitivam notionem abierunt carentque accusativo: qui genetivus idem est ac qui adjectivis plerumque adjunctus est et supplementum quodammodo notioni ipsius adjectivi vel verbi affert: [2])

,abstineto irarum'; ,er sei enthaltsam, hier speciell in bezug auf seine zornesausbrüche.'

,quae capiunt tui' (Plaut. m. g. 964): voll begierde, in diesem falle nach Dir.'

Tales genetivos, si universam linguae Romanae historiam intuemur, antiquioribus temporibus videmus omnibus fere verbis, quacunque sunt vi vel notione, apponi; sed usus paullatim ita coercebatur et tamquam cancellis circumscribebatur, ut exempla quae exstant in Augustei aevi libris, exiguae reliquiae consuetudinis antea late longeque patentis putanda sint; at si priorem usum spectamus, quattuor imprimis hujusmodi verborum classes, quibus tales genetivi appositivi sive materiae (gen. des inhalts) apponebantur, discerni possunt; quarum prima ea continet, quibus animi affectus notio inhaeret: quo velim enumeres: ,neque ille Sepositi ciceris nec longae invidit avenae'; deinde ea, quibus memoriae vel oblivionis notio inest, ut ,recordari' alia: quo referendi loci: ,desine mollium querelarum', ,laborum decipitur' ,abstineto irarum etc.'; tum ea quibus significatio abundantiae vel inopiae subjecta est: cujus generis sunt ,morbi purgatus' ,cum famulis operum solutis.' (Cf. etiam purus: ,scelerisque purus,

---

[1]) cf. Delbrück, grundlagen der griech. syntax, Hal. Sax. 1879 pg. 39: „ein grosser teil des genetivs bei verben lässt sich verstehen, wenn man ihn mit dem acc. in parallele stellt, wobei an den ausspruch von J. Grimm erinnert werden mag: ,Der accusativ zeigt die vollste entschiedenste bewältigung eines gegenstandes durch den im verbo des satzsubjectes enthaltenen begriff; geringere objectivisirung liegt in dem gen., die tätige kraft wird dabei gleichsam nur versucht und angehoben, nicht erschöpft.'

[2]) cf. O. III 3_1: ,tenax propositi': „zäh, diesmal in seinem vorhaben'; alia ejusmodi adjectiva, quibus ab H. genetivus postpositus est, omnia enumerata sunt apud Ebeling. pg. 22 sqq.: quibus formae, quas attulit Haustein in dissertatione sua, complendae sunt.

O. I 22_1.) Quartum est genus eorum, quae ‚accusare condemnare' vel contrarium sonant:[1]) quo in genere Plautus eo procedit, ut etiam verba prehendendi et quae simili sunt significatione cum genetivo, construat, ut Bacch. 950: ‚doli ego deprensus sum': [cf. etiam ejsd. fab. v. 489: ‚ut mulierem capitis non perdam': de quibus v. Schaaf, l. c. pgg. 43—44.]: quo spectat O. II 14_{19}: ‚damnatus longi laboris.'

Jam si ita omnia illa genetivi exempla ex ingenio linguae latinae originem duxerunt, ne unam quidem illam formam, quae classibus allatis inseri non potuit, — regnavit populorum — graecismum sapere confido putari posse: nam quamquam simile prioribus l. l. temporibus exemplum non invenitur, tamen ad intellegendam constructionem hellenismum adhiberi ideo opus non est, quia locutio illa ex ipsarum illarum l. l. genuinarum analogia profecta esse potest.[2])

At re vera, si linguas et Latinam et Graecam intuemur, miramur, quod in utroque sermone tales ac fere eidem genetivi non paucis verbis apponantur: quare quia quatenus sit probanda doctrina graecismorum quidque ingenio naturaeque l. l. vindicandum sit vidimus, non jam gravor contendere, structuras illas — quod idem jamjam Haustein [l. c. impr. pg. 14] de genetivis adjectivis accommodatis locutus est — esse indogermanicas, i. e. ex illa lingua servatas, ex qua ‚quasi communi matre' et Graeca et Latina lingua emanavit: quae mea conjectura firmatur ea re, quod video etiam in lingua sanscrita tales genetivos persaepe verbis apponi.[3])

Formae, quae exstant O. III 13_{13}: ‚Fies . . . fontium' et Ep. I 9_{13}: ‚Scribe gregis' genetivos qui voc. partitivos vel possessivos exhibent neque ideo generibus modo allatis permiscendae sunt.[4])

---

[1]) cf. Liv. V 28: ‚quin sine mora voti liberaretur'; XLI 19: senatus nec liberavit ejus culpae regem; alios ejusdem script. locos affert Rudd. pg. 119_{14}.

Hanc accusandi vv. constructionem forensi usu inveteratam postea latius latiusque ita manasse, ut verba illa etiam ab optimis Latinitatis scriptoribus semper fere cum genetivo usurparentur, quis est quin sciat?

[2]) cf. Ziemer „junggrammatische streifzüge im gebiete der syntax" pg. 43 coll. pg. 52 (Nichts häufigeres etc.); Sed errat V. D. ille, quod pg. 98 etiam constructiones „voti ‚votorum et damnari et liberari" ‚analogiebildung' dicit: quae quidem verba jam antiquitus c. g. constructa constructionemque illam probatam propria l. l. natura servatam esse cotidiano usu supra vidimus.

[3]) cf. Delbrueck l. c. pg. 39—43; Siecke, „de genet. in l. sanscrita imprimis vedica usu", diss. inaug. Berol. 1869 pg. 32 sqq. (impr. pg. 33, 46, 47, 55.)

[4]) cf. § 14_{28}; eodem modo constructum est verbum ‚dedicare' c. gen. in monumento Furfonensi; cf. Jordan. l. c. pg. 251 med.

§ 7.

Ortus, natus, prognatus, editus, demissus.

Quae verba jam Ebelingius tractavit, sed quia neque omnes, qui exstant, locos attulit, neque omnino eo perduxit rem, ut certum aliquid cerni possit, equidem hoc labore haud supersedendum putabam.

Aeque igitur, atque omnes fere scriptores, etiam Horatius verbis derivationem sive originem significantibus nudum adjungit ablativum, cum participio usus est: raro sequitur praepositio: cf. Kühn. II 277; Draeg. I² § 220 pg. 518.

Ortus: Orte Saturno O. I 12_{50}; non his juventus orta parentibus O. III 6_{33}; Divis orte bonis O. IV 5_1; Virginum primae puerique claris Patribus orti O. IV 6_{32}; ab his majoribus orti Ad pugnam venere S. I 5_{55}; Multos saepe viros nullis majoribus ortos . . . vixisse S. I 6_{10}; magni . . . . pueri magnis e (alii codd. ,et') centurionibus orti S. I 6_{73} (v. infra); quod sit peioribus ortus Ep. I 6_{22} (om. Eblg.)

[S. II 4_{33}: „Miseno oriuntur echini" („aus Misenum etc.") cum aliis formis confundi, quod Eblg. pg. 37 fecit, probari non potest.]

Natus: Aiacem Telamone natum O. II 4_5; quo patre natus S. I 5_{53}; I 6_{29}; I 6_{36}; me libertino patre natum S. I 6_6; I 6_{45} et $_{46}$; Ep. I 20_{20}; Maja nate S. II 6_5.

Semel *c. praep.*: divesne prisco natus ab Inacho, Nil interest O. II 3_{21}.

Verbum finitum his exstat locis: Crede non . . Sic lucro aversam potuisse nasci Matre pudenda O. II 4_{19}; Magno patre nata puella est S. I 2_{72}; quali sit quisque parente Natus S. I 6_8; Ingenuo si non essem patre natus S. I 6_{21}; Non ego me claro natum patre . . . narro S. I 6_{58}.

[legitur praeterea Ep. II 2_2: ,puerum . . . natum Tibure vel Galiis', qui locus huc non incidit.]

prognatus: semper praep. neglecta est: magno prognatum consule cunnum S. I 2_{70}; semet prognatos S. I 6_{78} (om. Eblg.); ovo prognatus eodem S. II 1_{26}.

editus: *c. abl.*: Maecenas atavis edite regibus O. I 1_1 (om. Eblg.)

demissus: ab alto Demissum genus Aenea S. II 5_{63}.

Quibus, ut rem plane cumulateque perficiam, hos praeterea addo locos:

creari: fortes creantur fortibus et bonis O. IV 4_{29};

Deest omnino verbum originem significans O. III 17_1: Aeli vetusto nobilis ab Lamo.

Originem ducere: Auctore ab illo ducis originem O. III 17_5.

Itaque praepositio locum non obtinet, nisi de majoribus verba fiunt; quae norma non solum ad verba finita pertinet, sed etiam in participiis semper servatur, quamquam iis quidem ab omnibus fere scriptoribus nudus ablativus apponi solet. — At apud H. ablativus nude positus locum obtinet, et ubi omnino de majoribus et ubi de parentibus verba fiunt.

Quae lex, quia satis e locis modo enumeratis liquet, non jam dubito, quin uno exemplo neglecta non sit; itaque quod legitur S. I 6_{63} in nonnullis codicibus (cf. ann. crit. Kell.), magni ... pueri magnis *e* centurionibus orti' certe corruptela est; quam statuerem, etiamsi genuina ,et' pro ,e' aliis in codicibus — neque iis pravis — servata non esset. („magnis et centurionibus orti" per inversionem dictum pro „et magnis cent. orti").

§ 8.

Summa igitur totius adhuc commentationis haec est:

Duae omnino apud Horatium discerni possunt classes verborum cum ,a, de, ex' praepp. compositorum: primum ea verba, quorum partes jam ante optimorum scriptorum tempora artissime coaluerunt et propterea quod non jam composita ea esse sentiebatur, jam antiquis temporibus constructionem firmam quandam ac constantem acceperunt; quorum species altera:

dativum adsciscit:

α. defendo,

β. { demo,
eximo, desum, eripio[1]),
adimo.

altera ablativum nudum desiderat: abstineo.

deinde alia omnia quae huc incidunt verba, triplex admittentia regimen: construuntur enim

1) *cum dativo:* sed tum modo, cum de personis vel de rebus personarum loco usurpatis motus fit.

2) *cum ablat.:* sed ea conditione, ut quae inest in verbo vis, ad res spectet.

3) *cum praep.:* vel eadem vel simili, sed non aliter atque ut

aut *α.* personis

aut *β.* rebus sensibus subjectis

addatur; quod contra rebus, quae sub oculos non cadunt, praepositio non adjungitur.

Adnotatio I[a]: non ita multis locis inveniuntur exempla archaismi cujusdam, ubi genetivi cum talibus verbis conjunguntur, quae in pedestri sermone ablativum vel accusativum

---

[1]) eodem modo ,surripio' constr. cf. § 10.

vel praepositionem praeferunt; sunt vero haec: desinere, decipere, abstinere, invidere; et simplicia: solvi, regnare, mirari, damnari.

Adnotio IIª: verb. compp. participia ‚prognatus, editus, demissus' ad similitudinem participp. ‚ortus natus etc.' ita construuntur, ut praepositio nisi majores dicuntur [sed parentes] non addatur.

B.

Verba cum praepp. ‚pro, sub, super' et cum inseparabilibis ‚dis-, se-, re-' composita.

Verborum quaec hic spectanda sunt, tria inveni genera: primum separandi, aut causative aut intransitive dicta; alterum distinguendi, tertium eorum, quibus convertendi vel mutandi notio subest.

I. verba separationem significantia.

§ 9.

Inquirendum est, etiamne hujusmodi verba regulae illi supra (§ 1) allatae accomodare possimus; quod ut videamus, ipsa verba et quae ea sequntur objecta, in conspectum edamus.

	praep.	*abl. rei*	*dat. pers.*
dimoveo		litore	
dirigo		arcu	
discedo	ab hoste		
distineo	a domo		
disto		foro	
divello			novo adultero
procedo	ab incepto		
prohibeo		rixis, cheragra, concubitu	
promoveo		loco	
propello		nido	
prorepo		primis terris	
prospicio	ex moenibus		
provoco	ab inguine		
vecido			sibi
redeo	ab officiis, a furno lacuque		
refligo		certis limitibus	

	praep.	*abl. rei*	*dat. pers.*
religo		udo litore, saxo	
removeo	ab se, a te, de quincunce, vitio ab omni, a volgo, ex urbe, a volgo et scena		
reno		imis vadis	
repello		foribus	
repeto	ab ora		
reporto		bello	
retorqueo		litore	
revertor	a ponte		
secerno	ab Afro		
semoveo		terris	
subduco		domo	
sumo	de medio, magno de flumine, ex hoc fonticulo		
suscito	solis ab ortu		
suspendo		naso, lacerto, naso, mento, tabula.	
sustuli.	ex oculis.		

Optime igitur legi, quam supra constituimus, conveniunt haec verba: sequitur ablativus nude positus, si de rebus motus fit; sin de personis, dativus; at praepositio semper locum habet, sed cum iis nominibus non conjungitur, nisi quae res sensibus subjectas significant.

Sed veniamus ad ipsos locos enumerandos:

I. verba cum di — compp.

1) dimoveo: O. IV 5_{14}: Curvo nec faciem litore dimovet; contra O. III 8_{10}: ‚Hic dies . . . Corticem adstrictum pice dimovebit Amphorae‘ ‚amphorae‘ dativum sociativum a voce ‚adstrictum‘ pendentem intellegendum esse liquet.

2) dirigo: O. IV 9_{18}: Primusve Teucer tela Cydonio Direxit arcu.

3) O. III 5_{21}: arma Militibus sine caede Direpta vidi; O. IV 15_{7}: signa . . Direpta Parthorum superbis Postibus:

ita enim nonnulli pro ‚derepta', quod perpaucis in codd. (Bland.) legitur, scribere volunt; at ‚derepta' magis probandum est, sed non, quo deripi „ein gänzliches scheiden," diripi „nur den Moment der trennung" significet (Nauck ad O IV 15_7), sed quia ipsam prapositionis ‚de' notionem („von oben nach unten") his locis praevalere apertum est; quare locos illos jam supra s. v. deripio non sine causa attuli.

4) discedo: forma ‚victorem discedere' legitur Ep. I 10_{37}: Sed postquam victor violens discessit ab hoste (scl. equus); semel cum particula: hinc vos, Vos hinc mutatis discedite partibus S. I 1_{18}; sed S. I 5_{93}: „Flentibus hic Varius discedit maestus amicis" ‚flentibus am.' abl. abs. est.

5) distineo O. IV 5_{12}: quem (juvenem) notus . . . Dulci distinet a domo.

6) disto: Ep. I 7_{48}: foro nimium distare carinas . . . queritur.

7) divello: O. I 36_{19}: nec Damalis novo Divelletur adultero.

II. verba c. ‚pro' praep. compp.

8) procedo: persona Qualis ab incepto processerit a. p. 127.

9) prohibes: O. I 27_4: verecundumque Bacchum Sanguineis prohibete rixis. Ep. I 1_{31}: Nodosa corpus nolis prohibere cheragra; a. p. 398: Cencubitu prohibere vago; O. II 6_9: Unde si parcae prohibent iniquae.

Eodom modo construitur arceo: Ep. I 8_{10}: Cur me funesto properent arcere veterno; cf. supra § 5 s. v. defendo.

10) promoveo ep. 11_{14} deus . . . arcana promorat loco (h. e. „gleichsam aus seinem versteck.")

11) propello: O. IV 6_4: patrius vigor Nido laborum propulit inscium.

12) prorepo: S. I 3_{99}: Cum prorepserunt primis animalia terris.

13) prospicio: O. III 2_8: illum ex moenibus hosticis Matrona bellantis tyranni Prospiciens.

14) provoco: ep. 8_{19}: Quod ut superbo provoces ab inguine.

III. verba cum ‚re' compp. [1])

15) recido: S. I 10_{69}: Detereret sibi multa, reciderét omne, quod ultra Perfectum traheretur.

---

[1]) legitur S. I 2_{127}: „Nec vereor, ne dum futuo, vir rure recurrat," qui locus nultius momenti est, quia semper nudus abl. ‚rure' usurpatur; ep. 5_{75}: „Non usitatis Vare potionibus . . . Ad me recurres" ‚non usit. pot.' abl. instr. est.

16) redeo: Ep. I 7_{48}: ab officiis octavam circiter horam Dum redit; S. I 4_{37}: omnes ... a furno redeuntes ... lacuque Et pueros et anus.

17) refero: S. I 6_{115}: inde domum me .. refero; sed II 4_{90}: „Nam quamvis memori referas mihi pectore cuncta" memori pectore non „aus treuem gedächtniss" sed „mit treuem gedächtniss" vertendum est.[1])

18) refligo: qua populus adsita certis Limitibus vicina refligit jurgia Ep. II 2_{171}; Sic nos cum Holdero pro ‚refugit' vel ‚refigit' quae perversae lectiones in codd. traduntur; de abl. sep. cf. Krueg ann.

19) religo: O. I 32_{7}: Sive jactatam religarat udo Litore navim; S. I 5_{19}: retinacula mulae Nauta piger saxo religat: quos ablativos aeque atque eos, qui verbis haereo, suspendo adjunguntur, separativos esse condendo.

20) removeo: semper cum praep. construitur: O. III 5_{48}: Fertur pudicae coniugis osculum .. Ab se removisse; S. I 6_{18}: a volgo longe longeque remotos: S. II 1_{71}: ubi se a volgo et scena in secreta remorant; S. II 5_{52}: tabulas a te removere memento; S. II 6_{16}: ubi me in montes et in arcem ex urbe removi; a. p. 327: si de quincunce remota est Uncia; a. p. 384: vitioque remotus ab omni.

21) reno: ep. 16_{25}: Simul imis saxa renarint Vadis levata.

22) repello: foribusque repulsum Perfundit gelida S. II 7_{90}.

23) repeto; O. III 14_{3}: Caesar Hispana repetit penatis Victor ab ora: S. I 9_{44}: Hinc repetit.

24) reporto: ep. 9_{24}: nec Jugurthino parem Bello reportasti ducem.

25) retorqueo: O. I 2_{13}: retortis Litore Etrusco violenter undis.

26) revertor: S. II 3_{36}: (iussit) a Fabricio non tristem ponte reverti.

IV. verba cum ‚se' compp.

27) secerno: O. III 3_{47}: qud medius liquor Secernit Europen ab Afro.

28) semoveo: Ep. II 1_{21}: nisi quae terris semota ... videt.

V. verba cum ‚sub' praep. compp.

29) subduco: O. I 3_{30}: Post ignem aetheria domo subductum.

---

[1]) cf. Lucr. II 582: „memori mandatum mente tenere;" III 871 (858 Lachm.): „nec memori tamen et quimus reprehendere mente," quos locos nescio an H. imitatus sit.

30) sumo: O. III 5_{37}: unde vitam sumeret aptius; S. I 1_{56}: Magno de flumine mallem, Quam ex hoc fonticulo tantundem sumere; a. p. 243: Tantum de medio sumptis accedit honoris.

31) suscito: O. III 27_{12}: Oscinem corvum prece suscitabo Solis ab ortu.

32) suspendo:[1]) ep. 5_{36}: quantum exstant aqua suspensa mento corpora; S. I 6_{5}: naso suspendis adunco Ignotos; S. I 6_{74}: ‚Laevo suspensi loculos tabulamque lacerto'; idem versus leg. Ep. I 1_{56}, ubi spurium puto: cf. Kirchner pg. 234 fin; S. II 8_{64}: Balatro suspendens omnia naso; Ep. II 1_{97}: suspendit picta voltum mentemque tabella.

Dativus commodi exstat O. I 5_{15}: me tabula . . . paries indicat uvida Suspendisse potenti Vestimenta maris deo („dem gott zu eren.")

Addatur hic, quomodo verba pendere et haerere ab. H. construantur (cf. etiam religare pg. 32.)

pendere: Respicere ignoto discet pendentia tergo S I 3_{294}: prave sectum stomacheris ob unguem De te pendentis . . . amici Ep. I 1_{105}; S. I 4_{6}: Hinc omnis pendet Lucilius

haerere: a. *c. dat.:* Veneremque et illi Semper haerentem puerum canebat O. I 23_{10}; Haerentem capiti cum multa laude coronam S. I 10_{49}: Quod non proposito conducat et haereat apte. a. p. 195.

Quorum locorum ex similitudine dat. etiam his locis intellegi potest (= inhaerere, adhaerere): Et scindat haerentem coronam Crinibus immeritamque vestem O. I 17_{27}; Nescit equo rudis Haerere ingenuus puer O. III 25_{55}; Cetera (vitia) . . . stultis haerentia S. I 3_{77}; haeret Invisis foribus S. II 3_{261}; Naevius . . non mentibus haeret Paene recens? Ep. II 1_{53}.

b. *c. abl.:* Piscium et summa genus haesit ulmo O. I 2_{9}; ut haerentes adverso litore naves Eriperem S. II 3_{205}.

c. *c. praep.:* male laxus In pede calceus haeret S. I 3_{32}.

33) sustuli: O. I 34_{16}: hinc . . Fortuna . . sustulit; O. III 24_{18}: (virtutem) Sublatam ex oculis quaerimus.

§ 10.

Invenitur etiam hac in particula commentationis exceptio quaedam, quae legi nostrae non convenit:

surripio: quod verbum aeque atque illa quae supra § 5 tractavi, omnino ablativum respuit, quia partes jam ita coa-

---

[1]) De variis verbi ‚suspeudo' constructionibus cf. lex. Georgis s. v. suspendo, sectionem primam [locis ibi enumeratis adde Phaedr. 4_{12}: „alienis (vitiis repletam peram) ante pectus suspendit gravem"; „vorn an der brust"] et Kühn. pg. 432 c.

luerunt, ut compositum verbum esse non jam sentiretur et propterea jam pridem certam quandam firmamque constructionem acciperet:

a) *c. dat.:* O. IV 13_{20}: Quae me surpuerat mihi; S. II 3_{284}: unum me surpite morti;

b) *c. praep.:* Nam de mille fabae modiis cum subripis unum Ep. I 16_{55}.

II. verba distinguendi. [1])

§ 11.

Quomodo fere omnia adiectiva, quibus aequitatis vel similitudinis notio inhaeret, dativum adsciscunt, ut

,par sum alicui, similis sum alicui'

et propterea etiam verborum, quae eadem sonant nonnulla tertio casui adjunguntur, ut

,aequare alicui aliquid'

ita etiam quae contrariam induunt notionem, quamquam plerumque abl. separativum praeferunt, interdum dativum adsciscunt. Quam constructionem cur Ruddimannus pg. 149 a Graecorum more derivatam esse contendat, causam non video; potius mihi idem videtur dativus esse ac quem verbo ,adjacere' vel adj. ,utilis' adjunctum videmus quemque quia omnis generis verbis, in quibus conjunctio quaedam vel contaria notio inest, sive localem habent vim, sive mente modo ac cogitatione eam perspicere possumus, haud incommode „dativum consociationis sive sociativum" appellare possumus. Quocum non solum adjectiva ,par, similis, aequalis etc.' et verba ,aequare, adaequare, adhaerere, etc.' sed etiam eorum omnium contraria, ut ,impar, dissimilis, inaequalis, ,vel, differre, discrepare, dissidere alia' prasertim posterioribus temporibus construuntur. Atque poetae, qui quidem semper, ut jam dixi, altius exsurgentes, quae ,jejunitatem existiment redolere' repudient rationemque, qua sententiae reconditae atque exquisitae se excipiant, novam quandam et inusitatam praeferant, etiam hac in reliberius illa constructionis licentia utentes, praeferebant dativum alteri inveteratae ac pedestri orationi probatae locutioni, quippe quae ablativo magis faveret, cum separationem inter res comparatas intercedentem clarius indicaret.

Sed priusquam ad ipsos, ubi exstant exempla locos enumerandos accedamus, iterum non inutile erit singula objecta, sive in nudis casibus posita sunt, sive cum praepp. verbis affixa, in ordinem digerere, ut facilius, utram unicuique verbo constructionem H. adhibuerit, oculis videre liceat.

---

[1]) cf. Kühn. II 234 sqq.; Haase pg. 145 sqq.; Draeg. I² 445 sqq.

Inveniuntur igitur et verba et adjectiva constructa cum

	dat.	*abl.*	*praep.*	*cas. dub.*
differo	sermoni, colori			
dinosco		hoste		curvo
discolor	meretrici			
disconvenit [1]	vitae?	ordine?		
discordo				avaro
discrepo	nepoti			istis, primo, imo, Delphis, vino, lucernis
dispar	meretrici			
dissentio				condicionibus
dissideo	sedi, plebi.			
dissimilis [2]	illi, noto (succui), (Semel c. genit.)			
distinguo				vero
disto [3]	sepultae, inertiae, scurrae	hac carne	ab Inacho, a victu	lupinis, exactis (neutr.)
diversus	huic vito			
secerno				privatis, profanis, justo, turpi, populo
sepono				lepido dicto
	quibus addo:			
absonus				fortunis
iniquus	tibi, Trojae			vitiis, frugibus.
impor	tibi, sibi			
varus	huic.			

Jam id apparet, dativum nude positum longe praevalere, sive de rebus, sive de personis verba fiunt; sed quia satis difficile ex conspectu illo, utrum in modum intellegamus casus dubios, colligitur, usui erit ipsos locos adjungere, quorum ex uno alterove argumentum aliquod ad cognoscendam constructionis naturam nescio an suspicari possimus.

---

[1]) cf. Rothmal. l. c. pg. 24 (ἅπαξ εἰρ. ημένον.); praeterea legitur paud Lactantium ‚de ira Dei' 3$_1$: „est disconveniens Deo, ut . . ."

[2]) cf. Dittel pg. 40.

[3]) alibi significatio loci mera est: cf. supra § 9$_6$ et $_{27}$.

1) differo: S. I 4_{48}: nisi quod pede certo Differt sermoni; a. p. 236: Nec sic enitar tragico differre colori.

2) dinosco: Ep. I 15_{29}: Impransus non qui civem dinosceret hoste; Ep. II 2_{44}: Scilicet ut vellem curvo dinoscere rectum.

3) discolor, dispar: Ut matrona meretrici dispar erit atque discolor Ep. I 18_{3}.

4) disconvenio: Ep. I 1_{99}: ‚vitae disconvenit ordine toto‘: ita Ditt. pg. 22; sed melius abl. ‚ordine toto‘ ad verbum referri existimo: „steht mit der ganzen ordnung der welt in widerspruch.“ [alii abl. instr. intellegunt: „steht in der ganzen weltordnung mit sich im widerspruch“]. — Impersonaliter legitur Ep. I 14_{18}.

5) discordo: Ep. II 2_{194}: quantum discordet parcus avaro.

6) discrepo: O. I 27_{6}: Vino et lucernis Medus acinaces Immane quantum discrepat; S. I 6_{92}: Longe mea discrepat istis Et vox et ratio; S. II 3_{108}: Qui discrepat istis, qui nummos aurumque recondit; Ep. II 2_{194}: quantum simplex hilarisque nepoti discrepat; a. p. 152: Primo ne medium, medium ne discrepet imo; a. p. 219: divina futuri Sortilegis non discrepuit sententia Delphis („per brachylogiam pro sententiis Delphicis“ Krueg.)

7) dissentio: O. III 5_{14}: mens provida Reguli Dissentientis condicionibus Foedis et exemplo trahenti (alii ‚trahentis‘) Perniciem veniens in aevum.

8) dissideo: O. II 2_{18}: Dissidens plebi; de O. III 8_{20}: „Medus infestus sibi luctosis Dissedet armis“ cf. Nauckii adn.

9) dissimilis: S. I 6_{49}: Dissimile hoc illi est; S. II 8_{28}: Longe dissimilem noto celantia sucum.

Sed semel etiam cum genetivo ad similitudinem adj. ‚similis‘ construitur: S. I 4_{112}: Sectani dissimilis sis; cf. Kühn. 327 h, adn. 8.

10) distinguo: Quam qui non poterit vero distinguere falsum Ep. I 10_{29}.

11) disto: O. III 19_{1}: Quantum distet ab Inacho Codrus; O. IV 9_{29}: Paullum sepultae distat inertiae celata virtus; S. II 2_{29}: Carne tamen quamvis distat nil hac magis illa (cf. ann. Krüg.); S. II 2_{53}: Sordidus a tenui victu distabit; Ep. I 7_{23}: quid distent aera lupinis; Ep. I 18_{4}: infido scurrae distabit amicus; Ep. II 1_{72}: exactis minimum distantia.

12) diversus: Ep. I 18_{5}: Est huic diversum vitio vitium prope majus.

adversus: Ep. I 6_{9}: Qui timet his adversa.

13) secerno: O. I 1_{32}: me gelidum nemus Nympharumque leves cum satyris chori Secernunt populo; S. I 3_{113}: Nec natura potest iusto secernere iniquum; S. I 6_{63}: qui turpi Secernis honestum; a. p. 397: Publica privatis secernere, sacra profanis; Sed ep. 16_{63}: „Jupiter illa piae secrevit litora genti" dat. com. exstat („für sein frommes geschlecht").

14) sepono: a. p. 273: scimus inurbanum lepido seponere dicto.

15) absonus: a. p. 112: Si dicentis erunt fortunis absona dicta.

16) iniquus: O. I 2_{47}: „Neve te nostris vitiis iniquum Ocior aura Tollat", ubi Nauckius abl. causae intellegit; sed quia simpliciora etiam meliora, laudo Dittelium, quod pg. 35 illum refutavit; O. I 10_{15}: iniqua Troiae castra; S. II 2_{97}: te tibi iniquum; a. p. 67: Seu cursum mutavit iniquum frugibus amnis.

17) impar: O. IV 6_{5}: Ceteris major, tibi miles impar; S. I 3_{19}: Nil fuit unquam Sic impar sibi.

18) varus: S. II 3_{56}: Alterum et huic varum (cf. Ditt. pg. 41.)

Bis omnino legitur praepositio, utroque loco verbo ‚distare' apposita; bis nudus ablativus, quorum qui adjungitur verbo dinoscendi (hoste), ea mihi re effectus videtur esse, quod semper, quantum ex lexicis cognosci potest, ablativum aut merum aut praep. auctum adsciscit: quare etiam ‚curvo' (curvo dinoscere) abl. est; alter, qui verbo ‚distare' subjunctus est (hac carne), loci natura defenditur[1]) (vide infra).

Sed quinam quae in dubium vocari possunt exempla intellegenda sint, docet optime Nauckius, qui ad O. I 27_{5}: haec adnotat: „der abl. (genauer mit a) drückt mehr die abweichung und verschiedenheit, der dativ mehr eine disharmonie und einen widerstreit (quod non convenit, sed repugnat) aus; demnach wird ‚vino et lucernis' so sicher für den ablativ, als ‚primo et medio' a. p. 152 für den dativ zu halten sein." Quae quod repudiem, non habeo; firmantur enim omnibus exemplis, quae dubitationi locum non dant. Itaque S. II 3_{108}: ‚istis (scl. deliris hominibus-avarus) discrepat' et S. I 6_{92}: ‚istis (= istorum voce et ratione) discrepat mea vox', cum non contentio aliqua aut dissensio, sed mera diversitas in illis formis insit, ablativos intellego; contra quod legitur a. p. 219: ‚Sententia discrepuit Delphis', dativum exhibet; idem (‚avaro') verbo ‚discordare' adjunctus est; probatur enim cum Nauckiana illa lege, tum locutionibus ‚mere-

[1]) at cf. de ‚hac cruce interpretum' adn. Krüg. et quos affert VV. DD. de hoc loco disputantes in appendice.

trici' (adj. ,discolor' apposito) et ,sibi, plebi' (quae verbum ,dissidere' sequuntur), non quo omnes illi dativi de personis dicantur, sed quia verbis ipsis omnibus, quae modo dixi, eadem fere significatio subest semelque dativus enucleate usurpatur. Quamquam dativum personae persaepe ab Horatio adhiberi apparet ex conspectu illo, quem dedi, ut ,meretrici discolor, iniquus sibi, impar tibi, sibi, discrepo nepoti, dissidet sibi, plebi, disto scurrae, etc.', quibus omnibus, quam recte Nauckius illam legem constituerit, satis demonstratur.

Quam secutus legem etiam vocem ,condicionibus', verbo ,dissentire' adjunctam dativum esse existimo, praesertim cum etiam apud Senecam .ep. 20_2, ubi plane eadem significatio subest, dativus exstet: „ut non . . orationi vita dissentiat"; at abl. legitur in locutione ,vero distinguere falsum.'

Ad Ep. I 7_{48} Orellius adnotat: „Hic ubi loquitur de loco est ablativus, alia est ratio (scl. verbi distare) in personis v. 23 coll. Ep. I 18_4." Sequitur ut duobus his, quos confert, locis dativum intellegat. (Ep. I 7_{23}: „quid distent aera lupinis"; Ep. I 18_4: infido scurrae distabit amicus"). Sed non videt duas et eas ita diversas significationes in verbo ,distare' inesse, ut altera cum altera confundenda non sit; certe ubi loci natura praevalet, ut Ep. I 7_{48}: ,foro distare carinas queritur' ablativus intellegendus est; nam pertinet locus ad priorem hujus commentationis partem, ubi verba separandi tractavi; sed longe alia est quaestio, valeatne eadem constructio, cum verbum ,distare' in distinguendi vim abiit; quod putare vel ea re satis prohibemur, quod intellegi vix potest, cur ,distare' aliter atque alia distinguendi verba construatur; huc accedit quod S. II 2_{29}, etiamsi de loco non agitur, enucleate ablativus legitur: „Carne tamen quamvis distat nil hac magis illa;" eadem forma, quocunque modo eam interpretaris, — nam hujusmodi ablativum vix credo removeri posse — satis demonstat Nauckianam illam legem ad ,distare' quoque verbum quadrare; quare ablativus statuendus est etiam Ep. I 7_{23}: ,quid distent aera lupinis;' idem Ep. II 1_{72}: ,exactis minimum distantia' satis indicatur cum ipsa quae inest in loco sententia, tum voce ,minimum', utpote accusativo spatium seu distantiam, ,quantum' res exactae a non exactis quodammodo discedant, exhibente.

Restant verba ,secerno' et sepono', quae quia idem significant, uno eodemque modo tractari possunt; itaque ubi subest notio discernendi vel distinguendi mera, ablativus intellegendus est; dativus, ubi res altera ab altera seponitur, ne inter sese repugnent. Quare O. I 1_{31}: ,me chori populo secernunt', S. I 3_{113}: iusto secernere iniquum, S. I 6_{63}: turpi secernis honestum' ablativi leguntur, contra dativi: a. p. 273

‚inurbanum lepido seponere dicto‘ et a. p. 397 ‚publica privatis secernere, sacra profanis‘, quibus locis ne alterum cum altero contendat, causative judico dictum esse.

Adjectivorum, quae adhuc omisi significatio ea est, ut dativus locum habeat: quem videmus aperte adjunctum vocibus ‚dispar, diversus (huic vitio), iniquus, impar, varus (‚alterum et huic varum — h. e. contrarium — scl. genus); itaque etiam ‚fortunis,‘ quod adjectivum ‘absonus‘ sequitur, ‚vitiis, frugibus‘, quae ‚iniquus‘ adsciscit, dativi sunt[1]); semel praeterea ex analogia vocabuli ‚similis‘ Horatius genetivum usurpat satis probatum casus secundi natura: ‚Sectani dissimilis.‘

Nunc igitur conspectus ille dubitationibus sublatis hanc speciem prae se fert:

Usurpatur	*dativus*	*ablat.*	*praep.*
differo	sermoni, colori		
dinosco		hoste, curvo	
discolor	meretrici		
disconvenit	vitae (?)	ordine (?)	
discordo	avaro		
discrepo	nepoti, primo et medio, Delphis	vino et lucernis, istis (hominib.) istis (= istorum voce.)	
dispar	meretrici		
dissentio	condicionibus		
dissideo	sedi, plebi		
dissimilis	illi, noto(sucui)		
distinguo	vero		
disto	sepultae, inertiae, scurrae	carne, lupinis, exactis.	ab Inacho, a tenui victu.
diversus	huic vitio		
adversus	his (rebus)		

[1]) adnotat Heindorfius ad S. II 3_{107} (aversus mercaturis): „wie oden II 4_{19}: „lucro aversam“ wol der dativ nach der poetischen construction aller verba dissidendi“ (?), quibus addit exempla ex Quint. et Sen. sumpta. Sed equidem apud H. minus ‚dissensionis‘ significationem illi adjectivo subjungo, quam ‚separationis‘; quare ex lege mea ablativum illis locis statuendum esse existimo; v. supra § 2 s. v. averto.

Usurpatur	*dativus*	*ablat.*	*praep.*
secerno	privatis, profanis	populo, justo, turpi	
sepono	lepido dicto		
absonus	fortunis		
iniquus	tibi, Trojae, vitiis, frugibus		
impar	tibi, sibi		
varus	huic.		

Quodsi quis quaeret, rectene censeant, qui dicant dativi usum magis magisque et in rerum et in personarum distinctione a recentioribus inde a Livio essse frequentatum, respondendum erit, apud Horatium re vera consuetudinem illam satis late patere: undetricies dativus adhibitus est, undecies ablativus, bis adjuncta est praepositio.

§ 12.

Verborum, quibus est notio aliquid ex alia quadam re exstitisse vel ortum esse, formae hae exstant:

recoquo: recoctus scriba ex quinqueviro S. II 5_{55},

prodeo: prodis ex judice Dama Turpis S. II 7_{54}.

Sequitur igitur semper praepositio ‚ex', quam etiam orationis solutae scriptores semper illis verbis adjungere, cum de transfiguratione dixerunt, satis tritum est:[1]) at omittit H. interdum praep. ‚ex' post simplicia, ut S. II 8_{45}: His mixtum jus est (cf. Neuss l. c. pg. 24 et adn. 1); O III 1_{46}: Cur invidendis postibus ... moliar atrium? cf. etiam S. I 10_{23}: ‚at sermo lingua concinnus utraque Suavior' (apte compositus' adn. Kirchnerus, quem secutus est Krüg; cf. Neuss l. c. adn. 2.)

---

[1]) plane contraria constructio legitur a. p. 4: ‚desinat in piscem mulier'.

II.
De dativo sociativo.
§ 13.

Quoniam priore parte de separandi verborum structura disputavimns, nunc quae iis sunt contraria verba iunctionis consociationisque notione praedita pertractemus.

Linguae latinae id proprium ac peculiare est, ut multa ejus verba praepositione demum, quacum composita sunt appropinquationis vel conjunctionis vim assumant, quamquam simplicia ita comparata sunt, ut rationem aliquam inter duas intercedentem personas vel res significare nequeant. Quo pertinent praepositiones: ‚ad, ante, con, in, inter, ob, post, prae, sub, super'; ita, ut afferam exemplum, verborum ‚iacēre' et ‚jacĕre' natura ita est ampla ac parum definita, ut consociationem quasi quandam et conjunctionem sonare non possint; quam notionem ipsa compositione verbis ‚adjacere' et ‚adicere' imponi affatim notum est.

Exstant talia verba cum praepp. composita in lingua latina permulta, sed alias aliis temporibus assumebant constructiones; primum enim sequi potest dativus, cujus natura ea est, ut generaliter exprimat, quo actio verbi referenda sit: quod utrum sensibus subjectum sit necne, haud certe differt; quare qui sequitur dativus verbum ‚adjacere' idem est, ac qui verbo ‚dare' vel aliis adjungitur; nam hic et illic duae conjunguntur vel componuntur res, quarum altera alterius actioni proposita est (Kell. Lehm. Ign.); quae conjunctio — et hac quidem re differt casus tertius a secundo, qui post substantivum habet locum — effici potest aut verbo quodam apposito aut adjectivo.[1])

Sequitur ut pervariae iis junctionibus subjici possint rationes: aut enim ad personam, aut ad rem aliquam actio pertinere potest, cui seu proprie seu tralate aliquid aut tribuatur, aut jam ante fuerit, aut contingat vel appropinquet, aut cohaereat, aut denique usui vel detrimento fiat.

---

[1]) quod quam recte dixerim, optime elucet ex h. p. a. p. 178: „Semper in adjunctis aevoque morabimur aptis," ubi dativus ‚aevo' uno eodemque modo et ad participium ‚adjunctis' et ad ‚adjectivum' ‚aptis' pertinet; de tota quaestione cf. Lehmann, l. c. pg. 7 coll. 18; Augustin ‚de usu dativi ac praepp. in structura verb. compp., quae apud Cic. leguntur', prgr. Ratib. 1869 pg. 2; Ignatius l. c. pg. 7; Hahn l. c. pg. 3—4.

Altera constructio ea est, ut iteretur praepositio, aut eadem, quacum ipsum verbnm compositum est, aut alia, cui similis subjecta est notio.[1]) Quod fit, ut loci vis mere dilucideque significetur, vel ubi a primaria significatione recessum est accuratius dicatur, quae intercedat conjunctio quove ratio verbi spectet et pertineat: ‚accedes siccus ad unctum‘, ‚leniter in spem adrepe.‘

Tertia, quae invenitur, constructio tractata est hj. comment. parte III.

At si universam spectamus linguae latinae consuetudinem, paullatim variatam et commutatam eam esse facile apparet; namque antiquiores scriptores cum compositorum partes pro se quamque sentirent, praepositiones iterare praeferebant; easdem optimi posteriorum temporum prosaici scriptores, cum imprimis subtilitatem locutionis atque diligentiam persequerentur, plerumque non respuebant; poetae demum et qui eos secuti sunt solutae orationis scriptores, quorum in animis compositionis partes jam arctius ac quodammodo inseparabilius concrevissent, eam constructionem quam novam significationis naturam optime decere putarent, i. e. dativum usurpare adamabant.[2])

Idem in H. pertinere optime demonstratur conspectu hoc, secundum litterarum seriem disposito, quem ita institui, ut numeris, quam saepe singula verba aut dativus aut praepositio sequatur, indicem:

legitur	*dat.*	*praep.*	*legitur*	*dat.*	*praep.*
accedo	6	2 (ad)	adicio	4	
accresco	1		adjudico	1	
accubo	1		adjungo	2	
addo	19		adlaboro	1	
addico	1		adlino	1	
adduco		1 (ad)	admitto	1	1 (in)
adfero	1		admoveo	3	
adfigo	3		adnuo	2	
adflo	1		adpingo	1	
adfulgeo	1		adplico	2	
adhaereo	3		adpono	3	
adhibeo	2		adrepo		1 (in)

[1]) cf. Lehm. pg. 8 n. 3; Ign. pg. 134, 352; alia est res in vernacula lingua, ubi praeter certas nonnullas locutiones semper praep. aut eadem iteratur, aut similis, qua distinctius exprimatur actionis ratio, supponitur: „eingiessen in den topf“; „anspringen gegen die mauer“, ubi dativus nunquam locum obtinet: qui semper postponitur verbo ‚einflössen‘ aliis paucis.

[2]) cf. Keller, ‚de verb. c. praepp. compositorum apud Lucret. usu‘ (diss. inaug. Hal. Sax. 1880) pg. 6 coll. iis, quos sub textu affert.

	legitur	dat.	praep.
adrideo		2	
adrogo		4	
adscribo		2	
adsero		1	
adsideo		3	
adsisto		1	
adspiro		1	
adsuesco		1(?)[1]	
adsuo		1	
adsum		10	1 (ad)
adsumo		1	
attendo			
(attentus)		1	
attinet			1 (ad)
advoco		1	
antefero		2	
concurro		1	
conduco		1	
coeo		2	
confero		1	
confundo		3 (?)	1 (cum)
collido		1	
colludo		1	
compello		1	
consentio		1 (?)	
consto		1	
contendo		1	1 (cum)
continuo		1 (?)	
convenio		5	1 (inter)
	conveniens	3	
illabor		1	
illido		1	

	legitur	dat.	praep.
illigo [2])		2	
illino		4	
illudo		3	
	immersabilis	1	
immineo		2	
immisceo		1	
immorior		1	
impello			1 (ad)
impono		9	
	pono	4	
imprimo		3	
inaestuo		1	
inardeo[3])		1	
incedo			2 (per)
incĭdo		3	
incido[2])		2	
inclino		1	
incogito		1	
incoquo		1	
incubo		1	
iucumbo		1	
incurro		1	
incutio		3	
indico		1	
indormio		2	
induco		2	
inemorior		1	
infero		3	
	figo	1	
ingemo		1	
ingero		1	

---

[1]) interrogationis signum addidi, si discerni non potest, utrum verbum regimen ‚aliquem aliqua re‘ an ‚aliquem alicui rei‘ admiserit.

[2]) legitur praeterea inversa constructio:
illigatus, incisus } aliqua re; cf. hj. comm. partem III.

[3]) ab hoc verbo, neque ab verbo ‚inardesco‘ perfectum ‚inarsi‘ derivandum esse, docet C. v. Paucker: „materialien zur lat. wörterbildungsgesch.“, pars I: „die mit praepp. zusammen gesetzten vv.“ pg. 3, init. (Berol. Calvary 1883.)

legitur	dat.	praep.
inhaereo	1	
inhorresco	1	
inicio	4	
innascor	2	
innato	1	
inno	1	
inrogo	1	
insculpo	1	
scalpo	1	
insenesco	1 (?)	
insero (vi)	1	
insero (ui)	3	
inservio	1	
insideo	1	
insisto	1	
insterno	1	
instillo	2	
insto	4	
insudo	1 (?)	
insulto	1	
insum	3	
intendo	1,3(?)	
intono	1	
intorqueo	1	
invideo	6	
involito	1	
intermisceo	1	
intersum	3	
obdo	1	
obligo	1	
occurro	1	
offendo	1	
offero	5	
officio	2	
obicio	6	
oppedo	1	

legitur	dat.	praep.
oppono	2	
obrepo	1	
obsisto	1	
obsto	5	
obstrepo	2	
obsum	1	
obtingo	1	
obvius venio	1	
postpono	2	
praefero	2	
praeluceo	1	
praeniteo	1	
praepono	3	
praesto	1	
procido		1 (ad)
propono	2	
propugno	1	
porrigo	3	
succedo	1	
subjecto	1	
subicio	4	
subjungo	1	
suppeto	2	
suppono	4	
subscribo	2	
subsido	1	
substringo	1	
subsum	2	
suffigo		1 (in)
supericio	1 (Haupt)	
superfundo	1	

§ 14.

Haud sane opus est, hoc loco omnes illas formas afferre, quibus verba cum praepp. ,ad, ante, con etc.' compp. legantur: tractavit enim eas jamjam Dittelius l. c. inde a pagina vicesima tertia usque ad pg. tricesimam primam; quare satis habeo eos afferre locos, quos aut omisit ille, aut in quibus quid insigne inesse videtur.

1) accedo: Usurpatur nullo discrimine et dat. et praep.: quam ob rem quas Draegerus I² pg. 407 affert distinctiones, ad H. non referendae sunt. — S. II 2_{86}: „tibi quidnam accedet ad istam... mollitiem" praep. ,ad' ea de causa videtur dicta esse, quod si dat. ,mollitiei sive mollitie (cf. O. III 7_4: fide pro fidei.) diceretur, duo et ii impares inter sese dativi exstarent. Ad S. II 3_{149}: „accedere plures ad enumerandum" recte adnotat D.: ,praepositionem ,ad' cum significet quem ad finem illud ,accedere' fiat, non ex hoc pendere.'

2) addo: O. III 4_{38}: ,militia . . Fessas cohortes addidit oppidis' alii ,abdidit' scribunt: at cf. Kell. epileg. 202. — praeterea omisit D: Ep. I 20_{22}: Ut quantum generi demas, virtutibus addas; Ep. II 1_{217}: si vis vatibus addere calcar.

3) adflo: *c. dat.:* eodem modo Tib. Prop' (cf. Schneemann l. c. pg. 22) sed c. acc. Verg. (cf. Rudd. pg. 136.)

4) adicio: om. D.: Calabris adjecti Lucani Ep. II 2_{178}.

5) adnuo: molle atque facetum Vergilio adnuerunt gaudentes rure Camenae S. I 10_{45}; Ni . . . pater adnuisset Rebus Aeneae . . . muros O IV 6_{22};

Duae igitur exstant in hoc verbo notiones; aut enim significat ,favere, propitium esse' (intransitive usurpatum), aut polliceri, promittere (in transitivam vim traductum.)

Itaque quae priore loco leguntur adjectiva ,molle ac facetum, eodem modo intellegenda sunt, quo ,dulce' in locutione ,dulce ridebo'; contra altero loco ,muros' rei objectae vicem praebet. Errare autem mihi videtur Ebelingius cum utrumque locum ibi affert, ubi de verbis natura intransitivis in notionem transitivam abeuntibus verba facit: priorem locum ibi posuerim (pg. 9), ubi quem attigi hellenismum — ἡδὺ γελᾶν — tractat; secundus ideo non cum verbis ,adeo, anteeo' etc. confundendus est, quod ,rebus Aeneae' (dat), non ,res Aeneae' (acc.) a poeta dictum est.

Etiam quae affert Draegerus I² 412 non satis dilucide exposita sunt: a falsa enim ratione proficiscitur, cum locutiones, ,coeptis, ausis adnuere' et Ciceronianum illud ,quos iste adnuerat' ,die er durch nicken bezeichnet hatte' separari non posse existimat (,quos adn.' liberius pro ,quibus adnuerat'); nam qui apud Ciceronem illo loco sequitur accusativus,

plane idem certe est, ac qui verbo transitive usurpato etiam alibi a Cicerone adjungi solet (zugestehen, versprechen, ‚bestimmen.')

6) adrepo: om. D.: leniter in spem adrepe S. II 5_{48}.

7) adscribo; simplex: ‚Scribe tui gregis' Ep. I 9_{13}: genetivus ex analogia gen. partitivi, qui verbis ‚facere, fieri' adjungi solet, quoque optime, quid intercedat inter casus secundum et tertium, demonstratur; nam genetivus, cum dicimus ‚aliquid alicujus est, fit' cum nomine conjungendus est et ita artissimam duorum nominum quae exstant cohaerentiam exprimit; contra quod per dativum dicitur ad verbum referendum est et hoc ipso tamquam extrinsecus alteri nomini apponitur.

8) adsuesco (?): non solum adsuesco sed etiam insuesco ab H. transitive dictum est: S. I 4_{105}: ‚insuevit pater optimus hoc me'; de constructt. v. ‚adsuesco' cf. Georgis lexicon s. v. adsuesco et quos affert. VV. DD.

9) adsum: a. p. 102: ‚ita flentibus adsunt Humani voltus' D. ‚adflent' scribit: de qua lectione cf. Kell. adn. crit.

10) attinet: tamquam ad rem attinet quicquam S. II 2_{27}: (om. D.)

11) conduco: ‚Quod non proposito conducat' a. p. 195: (om. D.); de generibus verborum c. ‚com.' compp. cf. Varges „über bedeutung und geltung der lat. partikel 'com' in der composition mit verben' progr. Stett. 1846, impr. pg. 10.

12) confundo: (?) S. II 4_{67}: ‚hoc . . . confusum sectis . . . herbis', ubi D. dativum praefert, Neussius l. c. quaestio II ‚de variis miscendi constructionibus' pg. 23 n. 3, intellegit ablativum; eundem a. p. 213 „Incoctus . . liberque laborum Rusticus urbano confusus" (om. D.)

13) compello: D. haud inepte iis verbis inserit (pg. 43), quibus praesertim simplicibus motusque significatione praeditis a poetis liberius nudus dativus, locum significans, adjungitur; de qua structura cf. H. Kern, ‚zum gebrauch des abl. bei Vergil' prgr. Schweinfurt 1881 pg. 22 sqq., ubi optime refellitur sententia G. Schröteri, qui probante etiam postea Draegero dativi illum usum ex locativis manasse obtinebat (‚der dativ zur bezeichnung der richtung in der lateinischen dichtersprache', Jena (sine anno) diss. inaug.) —

Etiam in lingua sanscrita dativum ita esse usurpatum, ut viam cursumque aliquo directum significet docet B. Delbrueck „de usu dativi in carminibus Rigvedae," pg. 3 sqq. haec locutus: „saepissime conjungitur dativus cum verbis eundi, ita ut et homo, ad quem quid movetur, et res, ad quam adipiscendam aliquid fit, in dativo ponatur." —

Sed latissime haec structura patet in lingua Graeca: cf.

Oed. tyr 870: *οὐδὲ μήποτε λάθᾳ κατακοιμάσῃ* (scl. *νόμους ὑψίποδας*); ibid 1210: *θαλαμηπόλῳ πεσεῖν.*

14) consentio (?): Consentire suis studiis qui crediderint te Ep. I 18_{65}; Dat an abl?

15) continuo (?): O. III 16_{42}: Quam si Mygdoniis regnum Alyattei Campis continuem; alii neque ii pauci abl. intellegunt; sed cur illis adsentari nequeam, causa est, quod ‚Mygd. c.‘ primum elocutionis locum obtinet eaque re satis refutatur Nauckii illud: „die hauptsache ist ohne zweifel ‚regn. Alyatt.‘

16) convenio: praeterea impersonaliter usurpatur S. I 7_{10}: postquam nihil inter utrumque convenit.

17) illino: semper c. dat. construitur; contra ‚collino‘ regimen ‚aliquem aliqua re‘ admittit: cf. hj. comm. partem IV app.)

18) immisceo: bis exstat praeterea ‚remiscere‘ „in quo vacabulo, quid sibi velit praepositio, difficile dictu est“ (Rothmal. l. c. pg. 39): O. IV 15_{30}: Lydis remixto carmine tibiis, a. p. 151: sic veris falsa remiscet;

Ad priorem locum Neussius pg. 28, ablativum praeferens (tibiis), haec adnotat: „carmina enim remiscentur cum tibiis, non carmina remiscentur tibiis (dat.), ita ut remiscere idem significet, atque immiscere;“ quod cur repudiem non habeo; sed altero loco dativus (veris) commendatur ipsa illa ratiocinatione, quam Neuss. § 1 fin. instituit.

19) impello: natura . . nos . . . . . impellit ad iram a. p. 109. (om. D.)

20) incedo: (om. D.) bis adjungitur praep. ‚per‘: Per meos et aprica rura Lenis incedas O. III 18_3; incedis per ignis suppositos cineri doloso O. II 1_7.

21) inemorior: (om. D.) Inemori spectaculo ep. 5_{34}.

22) infigo: non legitur apud H. sed simplex: Si figit adamantinos Summis verticibus dira Necessitas clavos O. III 24_5.

23) insculpo: Eodem modo (cum dat.) construitur verbum ‚scalpo‘: O. III 11_{52} sepulcro Scalpe querelam.

24) insenesco (?): insenuitque Libris et curis. Ep. II 2_{83}.

25) inservio: (om. D.) aetas animusque virilis . . . inservit honori a. p. 167; contra Plaut. regimen ‚aliquem inservio‘ exhibet.

26) insterno (om D.): modicis instravit pulpita tignis a. p. 279.

27) insudo (?): quîs (libellis) manus insudet S. I 4_{72}: nescio an dativum colligamus ex similitudine Calp. ecl. 5_{10}, ubi dativus ‚labori‘ verbo adjunctus est.

28) insum: apud Ciceronem praeter off. II 41_{151}: ‚quibus artibus inest‘ semper cum praep. dictum esse, adnotat Haas.

pg. 131; contra H. semper dativum adjungit: nam S. I 7_{14}: quo loco „propriam prosae orationi dictionem" legi D. obtinet, non ‚inesse', sed ‚esse in aliqo' exstat.

29) intendo(?): adhuc sub judice lis est, utrum dativum agnoscamus an ablativum (quem Ep. I 2_{36}: ‚si non intendis animum studiis et rebus honestis' Doederlinus intellegit): probatur dativus similitudine formae ‚intentum Veneri' S. I 5_{84}.

30) inverto: S. II 8_{39}: „Invertunt Alifanis vinaria tota" D. dat. soc. intellegere videtur: quod ni putaret, certe locum non attulisset; sed ‚Alifanis' hoc loco abl. instr. est (invertere = umkehren, d. h. leeren: „Alifanis poculis implendis evacuant, ut inverti possint, vinaria" (Gesnerus.)

31) invideo: (om. D.) has inveni apud H. constructiones:

α. alicui rei inv.: beatis nunc Arabum invides Gazis O. I 29_1; Saevis Liburnis scilicet invidens . . deduci . . triumpho O. I 37_{30}; amicus Aulon Fertili Baccho minimum Falernis Invidet uvis O. II 6_{20}.

β. alicui aliqd. inv.: moresque Aureos . . nigro . . invidet Orco O. IV 2_{24}; honorem iure mihi invideat quivis S. I 6_{50}; invidet usum Lignorum et pecoris tibi calo argutus et horti Ep. I 14_{42}.

γ. aliqd. inv.: invideat quid et Hermogenes ego canto S. I 9_{25}; invidendus: O. II 10_8: caret invidenda sobrius aula; O. III 1_{45}: Cur invidendis postibus . . . moliar atrium?

δ. aliqm. invidere: cur invideor a. p. 56; cf. Ov. trist. III 10_{35}: ‚credor' pro ‚mihi creditur'.

ε. alcjs rei inv. (v. § 6): neque ille Sepositi ciceris nec longae invidit avenae S. II 6_{84}.

ζ. inv. c. inf.: Plurima quae invideant pure apparere tibi rem S. I 2_{100}; [Saevis Liburnis scilicet invidens . . deduci . . triumpho O. I 37_{30}.][1]

32) intercido: Ditt. S. II 4_6: ‚Quod si interciderit tibi nunc aliquid' non videt dativum separativum, non sociativum exstare: „wenn dir etwas entfallen ist".

33) intermisceo(?): ‚patriis intermiscere petita verba foris' S. I 10_{29}: dativus, sed non propter praep. ‚inter', quod Neussius vult — nam certe etiam ‚aliquid aliqua re intermiscere' dici potest: cf. quod nos dicimus vernacule: ‚untermischt mit etwas' — sed quia totius loci natura suadet: sunt enim patria verba praesto, quibus alia foris petita quasi adduntur.

---

[1]) uberius de constructione verbi inv. dissertum est a Nipperd. specileg. in Corn. Nep. II, Trasyb. cp. 4 (= opsc. pg. 146): Madwig emend. Liv. [2] pg. 74 ann.; Reis. pg. [illegible] = 543; Haas. II, pg. 124; Kühn. II, 228; Krüg.

34) oppedo: ,vin' tu Curtis Judaeis oppedere S. I 9_{70}; contra verba commingo et permingo acc. adsciscunt: v. hj. comm. partem III.

35) praefero: om. D. Ep. II 2_{184}: Cur alter ... ungui Praeferat Herodis palmetis.

36) procido: om. D.: rex procidit.. ad pedes Achillei ep. 17_{14}.

37) propugno: om. D.: Propugnat nugis armatus Ep. I 18_{16}; quem ad locum — haud inepte, credam — Kruegerus haec adnotat: „Wenngleich die construction propugnare rei statt pro re (oder im nachaugusteischen zeitalter rem) sonst nicht vorkommt, so scheint dieselbe hier doch durch den sinn geboten: nugae, unbedeutende dinge sind es, für die er kämpft, und zwar armatus, gleichsam mit bewaffneter hand, d. i. mit der grössten heftigkeit".

38) porrigo (om. D.): Porrigis irato puero.. poma S. II 3_{258}; Ingustata mihi porrexerat ilia rhombi S. II 8_{30}; Et mihi forsan, tibi quod negarit, Porriget hora O. II 16_{31}.

39) subsido: quod dicit Kell. l. c. pg. 32: „apud Lucretium semel legi obscoeno sensu, quo idem sit, ac maritari, marem pati" idem referri potest ad H.: iuvet ut tigres subsidere cervis ep. 16_{31}.

40) supericio: O. I 12_{55}: „subjectos Orientis orae Seras et Indos" Hauptius pro ,subjectos', quod codd. exhibent, ,superjectos' in textum recepit.

III.
De accusativo rei objectae.

§ 15.

Genus eorum compositorum vv., quae non solum novam quandam significationem, sed etiam quamquam natura intransitiva sunt, vim transitivam induunt, in duas rursus species dividi potest: quorum una ea verba continet, quae motum vel quietis statum significant, ut ire, stare; altera ea, quae ad animum aut ad certa quaedam corporis humani membra pertinent, ut ridere, flare.

Jam vero ut in linguis omnibus, latina potissimum, persaepe verbis sine causa, ut videtur, transitiva vel intransitiva vis attrituitur atque utrum objecto opus sit, in quod verbi

actio transire possit, necne, a singulorum arbitrio pendet [1]) ita etiam compositorum vv. significationes varie variis temporibus intellectas videmus: antiquioribus enim temporibus, ut primum de verbis cum praepp. ‚a, de, ex' compp. dicam, omnia fere, quorum simplicia eundi vel simili motus significatione praedita erant, cum acc. construebantur (cf. Ter. Hec. 378: „ut limen exirent"); quam consuetudinis libertatem aurei demum aevi scriptores pedestres ita coercuerunt, ut praeter certas nonnullas locutiones, ut „modum excedere s. exire, fines egredi" accusativum non passi praepositionem aut eandem aut similem iterare adamarent. At poetae et qui illos secuti sunt posteriorum temporum scriptores usum illum prioris aevi tam libere receperunt, ut etiam tum omnia hujusmodi verba vi transitiva induerent, cum de certo fine terminoque, quem ultra egrediendum non erat, non jam cogitabatur.

Eodem modo etiam in eorum structura, quae cum praepp. ‚ad, ante, con etc.' composita sunt, summa per singulas aetates latinae linguae inconstantia cernitur: ita, quae composita sunt cum ‚ad' et ‚in' praepp. a Plauto et iis qui eodem tempore libros scripserunt, cum acc. conjungebantur, nullo fere sententiae discrimine inter hanc et alias structuras intercedente.[2]) Item Lucretius haud raro quartum posuit casum, ubi inprimis ab aurei quod dicitur aevi scriptoribus solutae orationis dativus praeferebatur.[3])

Paullo constantior ratio in structura vv. cum ‚circum, per, praeter, trans' compp. observata videtur esse: eam enim fere omnia legem sequuntur, ut accusativum adsumant.[4])

At ex his, quae attuli, apparet, constructionis normam non tam in certis praeceptis praepositionum, quam in casuum vi et in ea, quae ex compositione proficiscatur verbi significatione (cf. invenio) positam esse; nam alii alia notionis intellegendae facultas data erat, cum alius simplex et quacum compositum est praepositionem ita separata sentiret, ut duae compositionis partes pro sua quaque significatione ad commutandam constructionem valerent, alius quasi tertium verbum nova praeditum significatione intellegeret, cui etiam novam quandam constructionem accommodaret.

---

[1]) cf. H. Müller, ‚de generibus verbi' diss. Gripsw. 1864, pg. 37 sqq.; Haase, vorlg. I, pg. 95 coll. pg. 157 et 55; Ebg. pg. 10. Transitive usurpantur ab H. scando, propero, alia; idem si verbis affectum significantibus accusat. adjungit, non jam exempla exhibet insignia.

[2]) cf. Hahn pg. 25 coll. pg. 5.

[3]) cf. Kel. pg. 34 sqq.

[4]) de exemplis quibusdam, quae dativum praebent, cf. Haas. II, pg. 73 coll. pg. 126.

Sed non habeo, quod accuratius illa exponam: nam diversitates quae intercedant, non ad vim et naturam praepp. singularum — ut saepe fit — referendas esse jam satis superque demonstratum est ab illis, qui ante me de vv. compp. structura scripserunt, quorum commentariis tam diligenter quam accurate et dilucide factis nihil credo me addere posse.[1])

Itaque ad exempla ipsa colligenda accedamus.

§ 16.

A. Verba motum vel quietis statum significantia.

1) depropo: Qui udo Deproperare apio coronas Curatve myrto? O. II 7_{24} (tralate usurp.: „schleunigst bereiten"; simili notione praeditum simplex legitur: Ep. I 3_{28}: Hoc opus, hoc studium parvi properemus et ampli.

2) enavigo: legitur passivum quo optime notio transitiva cernitur, O. II 14_{11}: unda scilicet omnibus . . Enaviganda.

3) effugio: quos . . Fallere et effugere est triumphus O. IV 4_{52}; Neque hoc parentes . . . Effugerit spectaculum ep. 5_{102}. Effugit tamen haec sceleratus vincla Proteus S. II 3_{71}; qui non se effugit unquam Ep. I 14_{13}; Legitur praeterea Ep. I 7_{32}: ‚si vis effugere ‚istinc', ad quem locum Ulricus l. c. pg. 3 n. 9 nescio an recte adnotarit: ‚ablativo ut uteretur fieri potuisse eum documento esse'; de hujus verbi usu Plantino cf. Ulr. pg. 3 coll. pg. 11.

4) erepo: quos nunquam erepsemus S. I 5_{79}.

5) evagor: ordinem Rectum evaganti . . . licentiae O. IV 15_{10}.

---

1) adeo: huc proprius me . . adite S. II 3_{81}; Non (cura) mediocris inest, fontes ut adire remotos queam S. II 5_{94}; Bis sequuntur urbium nomina: Gades aditure mecum O II 6_1; adire Corinthum Ep. I 17_{36}.

2) adurgeo: ab Italia volantem Remis adurgens, accipiter velut Molles columbas O. I 37_{17}.

3) anteeo: Te semper anteit saeva necessitas O. I 35_{17}.

4) incolo: Lydorum quidquid Etruscos Incoluit fines S. I 6_2.

5) ineo: illum ego lucidas Inire sedes patiar O. III 3_{34}.

6) insilio: ardentem frigidus Aetnam Insiluit a. p. 466.

7) insisto: Barbarus heu cineres insistet victor ep. 16_{11}; etiam cum dat. construitur: vide Ditt. l. c. pg. 30, ubi e Vergilio ejusdem duplicis constr. exempla afferuntur.

8) invenio: nudaque veritas Quando ullum inveniet

---

[1]) cf. impr. Le. pg. 3; Hahn pg. 5.

parem O I 24_8; verba . . . nominaque invenere S. I 3_{104}; Jura inventa metu injusti S. I 3_{111}; Invenias etiam disjecti membra poetae S. I 4_{62}; Primus et invenior . . . circumposuisse S. II 4_{75}; Thesauro invento S. II 6_{11}; invenietque Nil sibi legatum (scl. esse) praeter . . . S. II 5_{68}; Invidia Siculi non invenere tyranni Majus tormentum Ep. I 2_{58}; Invenior Parthis mendacior Ep. II 1_{112}; Fescennina per hunc inventa licentia morem Ep. II 1_{145}; Quod non plura datis invenerit Ep. II 2_{192}; quod Quaerit et inventis miser abstinet ap. 170; ignotum tragicae genus invenisse Camenae Dicitur . . Thespis a. p. 275; animis natum inventumque poema juvandis a. p. 377.

9) intererro: utinam intererrem Nuda leones O. III 27_{51}; adnotat Nauckius ad O. I 14_{19} scribendum esse non ‚intererrem' sed ‚inter errem': quod cur faciendum sit, causam non video (cf. S. I 6_{113} pererro.)

10) interludo: desine . . . Interludere virgines O. III 15_5.

11) interrepto: tacitum silvas interreptare salubres Ep. I 4_4.

12) praecurro: Sisennas, Barros ut equis praecurreret albis S. I 7_8; licet sub paupere teeto Reges et regum vita praecurrere amicos Ep. I 10_{33}.

13) praefluo: quae Tibur aquae fertile praefluunt O. IV 3_{10}; Aufidus qui regna Dauni praefluit Apuli O. IV 14_{26}.

14) subeo: lucos, amoenae Quos et aquae subeunt et aurae O. III 4_8; Paratus omne Caesaris periculum Subire Maecenas tuo ep. 1_4; Nam ut ferula caedas meritum majora subire Verbera, non vereor S. I 3_{120}; subimus Impositum saxis late candentibus Anxur S. I 5_{25}; asellus Dum gravius dorso subiit onus S. I 9_{21}; Macra cavum repetes arctum, quem macra subisti Ep. I 7_{33}; hic onus horret . . Hic subit et perfert Ep. I 17_4.

15) subrepo: urbis aventes Moenia nocturni subrepere S. II 6_{100}.

16) supervenio: heres Heredem alterius velut unda supervenit undam Ep. II 2_{176}; absolute dictum est Ep. I 4_{14}: Grata superveniet quae non spectabitur hora.

---

1) circumvector: non ego circum Me Satureiano vectari rura caballo . . . narro S. I 6_{59-60}.

2) circumvenio: a. p. 169: Multa senem circumveniunt incommuda.

3) circumvolo: quam Jocus circumvolat et Cupido O. I 2_{34}; me . . seu Mors atris circumvolat alis S. II 1_{58}.

4) circumvolito: Quae circumvolitas agilis thyma? Ep. I 3_{21}.

5) perambulo: Tutns bos etenim rura parambulat O.

IV 5_{17}; Perambulabis astra sidus aureum ep. 17_{41}; Recte necne crocum floresque perambulet Attae Fabula Ep. II 1_{79}.

6) p e r c u r r o: animoque rotundum Percurrisse polum O. I 28_{6}; ne sic, ut qui jocularia, ridens percurram S. I 1_{24}; Quam non adstricto percurrat pulpita socco Ep. II 1_{174}. Semel praeterea legitur tralato sensu: solus, multisne, cohaeres, Veloci percurre oculo S. II 5_{55} (‚überfliege.‘)

7) p e r e r r o: Fallacem circum vespertinumque pererro Saepe forum S. I 6_{113}.

8) p r a e t e r e o: decrescentia ripas flumina praetereunt O. IV 7_{4}; doctos ego quos et amicos Prudens praetereo S. I 10_{88}; ubi vasa Praetereo sapiens argentea S. II 7_{78}. Celsi praetereunt austera poemata Ramnes a. p. 342; Bis praeterea exstat part. perf. pass: S. I 1_{116} et 9_{36}.

9) t r a n s e o: servos Differtum transire forum populumque iubebat Ep. I 6_{59}; hic et mare transit a. p. 345.

10) t r a n s n o: ter uncti Transnanto Tiberim S. II 1_{8}.

11) t r a n s i l i o: si tamen impiae Non tangenda rates transiliunt vada O. I 3_{24}; ne quis modici transiliat munera Liberi O. I 18_{7}.

12) t r a n s v o l o: importunus ... transvolat aridas Quercus O. IV 13_{9}; Transvolat in medio posita S. I 2_{108}.

B. V e r b a q u a e a d m e m b r o r u m q u o r u n d a m c o r p o r i s h u m a n i a c t i o n e s p e r t i n e n t.

1) d e l u d o: scriba .. corvum deludet hiantem S. II 5_{56}.

2) d e r i d e o: quod quis deridet Ep. II 1_{263}.

3) e l u d o: Arguta meretrice potes Davoque Chremeta Eludente senem comes garrire libellos S. I 10_{41} (cf. illudo.)

4) e d o r m i o: cum Ilionam edormit S. II 3_{61}; (facete dictum pro „cum Ilionam dormientem in scenam agit.“)

5) e x p a l l e s c o: Pindari fontes qui expalluit haustus Ep. I 3_{10}.

6) e x p a v e s c o; quae ... nec ... muliebriter Expavit ensem O. I 37_{23}.

7) e x s u d o: cum Pedius causas exsudet S. I 10_{28}, quod poeta ludibundus scripsit pro ‚sudans excogitat.‘

---

1) a d f o r: Sic tristes affatus amicos O. I 7_{24}.

2) a d p r e c o r: Rite deos prius adprecati O. IV 15_{28}.

3) c o m m i n g o: Comminxit lectum potus S. I 3_{90}.

4) c o n s p u o: Furius hibernas cana nive conspuet Alpes S. II 5_{41}.

5) i l l u d o: Aut spem deponas aut artem illusus omittas S. II 5_{26}; Illusique pedes vitiosum ferre recusant Corpus S. II 7_{108}; de constr. c. dat. cf. § 14_{5}.

6) imploro: donec minor in certamine longo Imploravit opes hominis Ep. I 10_{36}; Caelestes implorat aquas docta prece blandus Ep. II 1_{135}.

7) impugno: Nostra sed impugnat Ep. II 1_{89}.

8) increpo: Phoebus volentem proelia me loqui . . . increpuit O. IV 15_2; Sabella pectus increpare carmina ep. 17_{28}.

9) inflo: Quid causae est, merito quin illis (‚gegen sie') Jupiter ambas Iratus baccas inflet S. I 1_{21}; Nam simul ac venas inflavit taetra libido S. I 2_{33}; Cum magis atque Se magis inflaret S. II 3_{319}; Crescentem tumidis infla sermonibus utrem S. II 5_{98}; Quem tulit ad scaenam . . Gloria . . ., sedulus (spectator) inflat Ep. II 1_{178}.

10) intueor: Quid ut noverca me intueris? ep. 5_9.

11) inquiro: inquirant vitia ut tua rursus et illi S. I 3_{28}.

12) interploro: Demetri, teque, Tigelli, Discipularum inter jubeo plorare cathedras S. I 10_{91} (per tmesin dictum.)

13) sufflo: se sufflans S. II 3_{317}.

---

1) circumgemo: Nec vespertinus circumgemit ursus ovile ep. 16_{51}; de lectione ‚ovili' cf. Keller epileg. pg. 404.

2) circummugio: Te greges centum Siculaeque circum Mugiunt vaccae O. II 16_{33-34}.

3) circumtono: Hunc circumtonuit gaudens Bellona cruentis S. II 3_{223}.

4) circumspecto: quanto cum fastu, quanto molimine circum Spectemus vacuam . . . aedem Ep. II 2_{93-94}.

5) perhorresco: Navita Bosporum Poenus perhorrescit O. II 13_{15}.

6) permingo: Hunc perminxerunt calones S. I 2_{44}.

7) permolo: non alienas Permolere uxores S. I 2_{35}.

8) persono: Est mihi purgatam crebro qui personet aurem Ep. I 1_7.

Itaque, ut ea praedicem, quae quid insigne habeant, H. accusativum usurpat, quacunque cum praepositione verba composita sunt: una excipienda est praepositio ‚ob', quacum quae coaluerunt verba, dativum adsciscunt:

erepo, subrepo } aliquid, sed ‚obrepo' alicui rei

commingo, permingo } aliquid, sed ‚oppedo' alicui.

Verba cum praep. ‚post' compp. quae huc pertineant, apud H. non exstant.

§ 17.

Restat ut afferam ea verba, quorum ipsa simplicia vi transitiva praedita sunt, sed quae quia cum praepositionibus componuntur, vi principali retenta alteram accipiunt ideoque duplicem accusativum assumunt.

Quorum haec collegi:

1) induo: Quodlibet indutus celeberrima per loca vadet Ep. I 17_{28}.

2) intercino: neu quid medios intercinat actus a. p. 194.

3) interfundo: Interfusa nitentes Vites aequora Cycladas O. I 14_{19}, ubi Nauckius sine causa ‚Inter fusa' a poeta scriptum esse existimat.

4) circumdo: Tyrius dare circum inluta toralia vestes S. II 4_{84}.

5) praeterago: deversoria nota Praeteragendus equus Ep. I 14_{11}.

At dativus sociativus legitur post v. circumpono: piper album cum sale nigro Incretum puris circumposuisse catillis S. II 4_{75}.

IV.

Appendix.

§ 18.

Permulta verba et transitiva et intransitiva, ubi cum praepositione aliqua coaluerunt, principalem vim ita magis minusve immutant, ut aut absolute a scriptoribus usurpentur, aut si adjungitur, quo id quod verbum significat efficiatur, ablativus postponatur:

ut volvo — involvo me claudo — includo me do — abdo aliquid	absolute dicta.
involvo me aliqua re includo me aliqua re abdo aliquid aliqua re	adjuncto abl. instr.

Sed apparet omnibus illis verbis, prout sociativa sunt natura, etiam dativum jure adjungi posse; quare cum persaepe una alterave constructio ab scriptoribus adhibita sit, propter pares interdum ablativi et dativi clausulas in dubium

cadit, utram singulis locis intellegamus structuram; neque ea quidem, quae affert Kritzius ad Sall. Cat. II_9 „ablativum tum tantum cum dativo permutari posse, cum verbum ejusmodi sit, ut et cum objecto tertii casus conjungi et absolute poni possit, ea re per ablativum adjuncta, qua id quod verbum significet, efficiatur“ certe quamvis recte sint dicta neque ideo repudiari possint, caligini dispellendae paria sunt; namque id satis tritum est singulos scriptores verbi cujusdam vim ac notionem alium aliter intellexisse, ut quod hic per se satis definitum ac determinatum putaret, ille adjecto attributo accuratius circumscribendum censeret: itaque, ut quod ipse Kritzius affert exemplum contemplemur (intentus alicui rei — intentus — intentus aliqua re) certe non ab unius cujusque scriptoris arbitrio sejunctum erat, utrum rem, in quam sive cui quis intentus esset, addendam putaret omittendamne; sequitur ut quaestio dijudicari non possit, nisi eae voculae extant, in quibus casus tertius et sextus non similiter cadant; contra ubi eae usurpatae sunt quae utroque in casu in easdem litteras exeunt, nisi aliae rationes ad rem dijudicandam momenta quaedam afferunt, in dubio relinquendae sunt. At vitio verto Dittelio, quod omnia ita tractavit, ac si semper cum dativo construerentur: eodem jure item qui de ablativi usu Horatiano scripturus est, exempla illa, ubi D. dativum statuit, pro ablativis lucretur.[1])

Jam in § 14 allata sunt, cum jure etiam de dativo cogitari possit, verba: adsuesco, confundo, consentio, continuo, insenesco, insudo, intendo, intermisceo, quibus hic addo cum ablativo constructa:

1) abdo a. *part.:* Nullus argento color est avaris Abdito terris O. II 2_2; Vejanus armis Herculis ad postem fixis latet abditus agro. Ep. I 1_5. b: v. *fin.:* Utque lupi barbam variae cum dente colubrae Abdiderint furtim terris S. I 8_{43}, quo loco Kruegerus me improbante dativum intellegit secutus Verg. Aen. II^{553}: lateri capulo tenus abdidit ensem. — De forma O. III 4_{38} ‚militia simul Fessas cohortes abdidit oppidis‘ v. § 14 s. v. addo.

2) abscondo: Postquam te talos . . . nucesque vidi . . cavis abscondere tristem S. II 3_{173}.

3) demergo: O. III 16_{13}: domus ob lucrum Demersa exitio.

4) adbibo: Nunc adbibe puro Pectore verba puer Ep. I 2_{67}.

---

[1]) Quanto suo arbitratu Dittelius rem tractaverit, apparet inde, quod verbis, immorior, insenesco‘ dativum vindicat, sed verbo ‚inemori‘ certe eodem modo intellegendo non item.

5) combibo: ut atrum Corpore combiberet venenum O. I 37_{28}.

6) commisceo: Chio nota si commixta Falerni est S. I 10_{24}, ubi ‚Chio‘ abl. esse recte Neussius l. c. ostendit.

7) concludo: conclusas hircinis follibus auras S. I 4_{19}.

8) condo: si proprio condidit horreo Quidquid de Lybicis verritur areis O. I 1_{9}; Graeca quod ego ipse testa Conditum levi O. I 20_{3}; quae ... Notis condita fastis Inclusit volucris dies O. IV 13_{16}; Aut pressa puris mella condit amphoris ep. 2_{15}; At cave huc referas O. IV 5_{29}: Condit quisque diem collibus in suis.

9) impello: ut forte legentem Aut tacitum impellat quovis sermone S. I 3_{65} = „in irgend ein Gespräch verwickele.“

10) includo: O. III 24_{37}: fervidis Pars inclusa coloribus Mundi; O. IV 6_{13}: Ille non inclusus equo Minervae; O. IV 13_{16}: quae Notis condita fastis Inclusit volucris dies; Ep. I 1_{8}: quaeris iterum antiquo me includere ludo a. p. 76: Versibus impariter junctis querimonia primum, Post etiam inclusa est voti sententia compos.

11) innitor: Hac arte Pollux et vagus Hercules Innisus O. III 3_{10}; sed melius alii scribunt ‚enisus‘; cf. Btl. adn.

12) involvo: mea Virtute me involvo O. III 29_{55}.

13) obligo: Sed tu simul obligasti Perfidum votis caput O. II 8_{5}.

14) obruo: Ingrato celeris obruit otio Ventos O. I 15_{3} (Nauck: „die ruhe, in welche Nereus die winde versenkte“); Me .. quoque .. rapidus comes Orionis Illyricis notus obruit undis O. I 28_{22}.

15) obstringo: Praeterea ne vos titillet gloria, iure Jurando obstringam ambo S. II 3_{180}.

16) obvolvo: verbisque decoris obvolvas vitium? S II 7_{42}.

17) occulto: Quam si quidquid arat impiger Apulus, Occultare meis dicerer horreis O. III 16_{27}.

18) permisceo: Qui species ... tumultu Permixtas capiet S. II 3_{209}; lituo tubae Permixtus sonitus O. I 1_{24}; — formae verbi ‚remiscere‘ enumeratae sunt § 14 s. v. immiscere.

Videmus igitur ex hac enumeratione H. etiam verbis abdendi significatione praeditis similibusque usum — nam ea primas huius classis partes, ut ita dicam, agunt — loquendi licentiam ad certam quandam regulam ita direxisse, ut non jam promiscue praepositionibus aut nudis casibus adhibitis semper ablativum usurparet (cf. Draeg. I^2 pg. 550.)

§ 19.

Finem enumerationibus meis eum facio, ut addam verba, quae quamquam per se etiam in modum verborum ‚circumdo,

dono, induo etc.‘ regimen ‚aliquid alicui‘ admittere poterant, ab H. inversa constructione (aliquem aliqua re) usurpata sunt. Quo refero etiam verba ‚aduro‘ perunguo etc.‘, simili credam constructionis rationi subjecta (ignibus aliquem adurere: alicui ignes adurere.)

1) adspergo: E quibus unus amet quavis adspergere cunctos S. I 4_{87}.

2) adstringo: Artius atque hedera procera adstringitur ilex ep. 15_5.

3) aduro: Non erubescendis adurit Ignibus (te.) O. I 27_{10}; ossa . . Flammis aduri Colchicis ep. 5_{24}; ne panis adustus . . . opponatur S. II 8_{69}; pectore adusto S. II 8_{90}.

4) collino: tamen heu serus adulteros Crinis pulvere collines O. I 15_{20}.

5) illigo: Vix illigatum te triformi Pegasus expediet chimaera O. I 27_{23}; bis regimen ‚alicui aliquid illig.‘ invenitur cf. D. l. c. pg. 26.

6) imbuo: oscula quae Venus Quinta parte sui nectaris imbuit O. I 13_{16}; tabo munus imbutum ep. 5_{65}; Quo semel est imbuta recens servabit odorem Testa diu Ep. I 2_{69}; Litterulis Graecis imbutus Ep. II 2_7.

7) immolo: a. *alicui aliqua re:* Nunc et in umbrosis Fauno decet immolare lucis, Seu poscit agna sive malit haedo (per syllepsin) O. I 4_{11}.

b. *aliqd alicui:* Libidinosus immolabitur caper Et agna tempestatibus ep. 10_{23}; immolet aequis Hic porcum Laribus S. II 3_{165}.

8) impedio: viridi caput nitidum impedire myrto O. I 4_9; Nam ut quisque insanus nigris medium impediit crus Pellibus S. I 6_{27}; neu se (sententia) Impediat verbis lassas onerantibus aures S. I 10_{10}.

9) impleo: Impune ut urbem nomine impleris meo ep. 17_{59}; meum qui pectus . . falsis terroribus implet Ep. II 2_{212}; absolute dictum est his locis: ac si Magnas Graecorum malis implere catervas S. I 10_{35} Lubrica nascentes implent conchylia lunae S. II 4_{30}; me quater undenos sciat implevisse Decembres Ep. I 20_{27}.

10) implico: brevibus implicata viperis Crinis ep. 5_{15}; eripere atris litibus implicitum a. p. 424.

11) incīdo: Non incisa notis marmora publicis O. IV 8_{13}; cf. exempla quae D. pg. 25 e Vergilio affert.

12) inficio: iuventus . . . Infecit aequor sanguine Punico O. III 6_{34}; nam gelidos inficiet tibi Rubro sanguine rivos Lascivi suboles gregis O. III 13_6; albus ora pallor inficit ep. 7_{15}.

13) infundo: majus infundam tibi Fastidienti poculum ep. 5_{77}: insolenter D. hunc locum quibus dativus sociativus

exstat inserit; Sed ,tibi' hoc loco non dativi soc., sed. dat. comm. vice fungitur (= pro te), et ,poculum infundere' idem fere valet ac ,poculum implere': quod D. etiam ex sequente loco intellegere potuit: Sincerum est nisi vas, quodcunque infundis acescit, Ep. I 2_{54} (cf. vernaculum „jemandem ein glas eingiessen = vollschenken").

(Eodem modo ab H. construitur infringo: Limina dura quibus lumbos et infregi latus ep. 11_{22}.) [1])

14) inspergo: velut si Egregio inspersos reprendas corpore naevos S. I 6_{67}.

15) obduco: obducta . . fronte ep. 13_5 (praegnanter dictum.)

16) oblino: quem (socerum) versibus Oblinat atris Ep. I 19_{30}; Divitiae peregrinae, quibus oblitus actor Cum stetit in scena Ep. II 1_{204}.

17) obsero: nec variis obsita frondibus Sub divum rapiam O. I 18_{12}.

18) religo: cf. § 9; Est hederae vis Multa qua crinis religata fulges: O. IV 11_5; incomptam Lacaenae more comam religatam nodo (sic nos cum Btl. probante Kellero [eplg. pg. 152]) O. II 11_{24}.

19) succingo: Vidi egomet nigra succinctam vadere palla Canidiam S. I 8_{23}.

20) subsuo (cf. Barta l. c. pg. 25) S. I 2_{29}: Quarum subsuta talos tegat instita veste (,d. i. vestis cui subsuta est instita, in ähnlicher construction, wie toga praetexta' Krüger.)

21) circumdo: Si . . . petes vallo circumdata S. I 2_{96}.

22) circumlino: musco circumlita saxa Ep. I 10_7.

23) circumrodo: qui dente Theonio . . . circumroditur Ep. I 18_{82}.

24) perfundo: Perfusus liquidis . . . odoribus O. I 5_2; Achaemenia Perfundi nardo juvat ep. 13_9; postquam est Italo perfusus aceto S. I 7_{32}.

25) permulceo: his verbis vacuas permulceat aures Ep. I 16_{26}.

26) persono: Utcunque dulci, Tyndari, fistula Valles et Usticae cubantis Levia personuere saxa O. I 17_{12}; simul domus alta Molossis Personuit canibus S. II 7_{115}.

27) perstringo: Jam nunc minaci murmure cornuum Perstringis aures O. II 1_{18}.

28) pertergeo: puer . . acernam Gausape purpureo mensam pertersit S. II 8_{11}.

---

[1]) plane inepte D. etiam verbis, quibus dativus adjungitur compp., inserit ,obturo': „obturem patulas impune legentibus aures", Ep. II 2_{105}, ubi ,legentibus' dativus (in)commodi est!

29) perunguo: Senem .. Nardo perunctum ep. 5_{59}; Medea .. Perunxit hoc Jasonem (acc. adverb. an abl.?) ep. 4_{12}; peruncti faecibus ora a. p. 277.

30) peruro: perusta solibus Pernicis uxor Apuli ep. 2_{41}; Hibericis peruste funibus latus ep. 4_{3}.

31) defrico: quod sale multo Urbem defricuit S. I 10_{4}; cf. Cat.: ‚dentem Hybera urina‘.

32) delibuo: Hoc (veneno) .. delibutis ulta donis paelicem Serpente fugit alite ep. 3_{18}; ardeo quantum neque atro delibutus Hercules Nessi cruore ep. 17_{31}.

33) detero: Laudes .. tuas Culpa deterere ingeni O I 6_{11}; cf. § 2_{88}.

34) describo: malo quae (lex) nollet carmine quemquam Describi Ep. II 1_{154}.

Huc etiam colligendae sunt hae formae:

35) exstruo: sacrum vetustis exstruat lignis focum = ligna in foco exstruat ep. 2_{43}.

36) intumesco: Neque intumescit alta viperis humus ep. 16_{52} (= viperae intumescunt in humo sive humi altae) cf. Nauck. adn.

§ 20.

Appendici addo appendicem:

Si verum est — ac quis quin sit dubitabit? — in poeta tam difficili quam Horatio nihil esse supervacaneum, quod ad carmina ejus melius intellegenda aliquid conferre posse videatur, nunc quoniam in proponenda certa ac solida, quantum fieri potuit, Horatianae dictionis effigie operam consumpsi, inquirendum videtur, quidnam ad carmina ejus recte cognoscenda contulerim: quare sex affero locos (cf. etiam § 6 fin), quos adhuc aut ab omnibus aut a nonnullis interpretibus perverse intellectos nostra quam prima in parte vidimus lege haud jam ambigue dijudicatos censeam.

I. O. I 9_{23}: Pignusque dereptum lacertis,
Aut digito male pertinaci.

Forma ablativi in ‚i‘ excidentis Dittelius — et nescio an etiam alii — videtur permotus esse, ut dativos hoc loco intellegeret; sed esse sextos casus ex regula nostra facile colligitur; de ipsa ablativi forma cf. Kühn. I pg. 214 sqq., impr. pg. 219 d.

II. O. III 24_{64} exstat: ‚Curtae nescio quid semper abest rei‘; quo loco alii ‚curtae rei‘ dativum a verbo ‚abest‘ dependentem [1]), alii genetivum cum pronomine ‚quid‘ conjungendum

---

[1]) quod jam Cruquius voluit, cujus defensor recentissimus exstitit Schützius.

esse adhuc existimabant. Sed ,curtae rei' a vocibus ,nescio quid' non esse sejungendum cum simili locutione alius cujusdam H. loci probari videtur (O. I 9_2 nescio quid nugarum) tum nostra lex certissima est testis. Itaque si poeta, curtae rei' dativum esse voluisset, certe eum non ,abest' sed ,deest' scripturum fuisse persuasum habeo.

III. S. I 2_{14}: omnibus in codicibus lectio haec tradita est: ,Quinas hic capiti mercedes exsecat'. Ad quem locum Kruegerus adnotat: „er schneidet oder zieht sie (60 %) aus seinem capital, welches er zu einem ganz unerhörten zinsfuss unterbringt; unser ,herausschlagen'". Haud aliter Dittelius — ac credo omnes fere adhuc interpretes — locum intellegit, quod inde efficio, quod verbum ,exsecare' in numero eorum, quae dativus pro ablativo usurpatus sequatur, affert. Sed apparet ex nostra lege Horatium dativo ,capiti' non indicare voluisse, unde ipsae mercedes exsecarentur, sed potius ad quid vel pro qua re fenerator usuras percepisset (dat. com.); interpretandum igitur caput ipsum iniquo illo fenore auctitari usurasque quodammodo perscribi.

IV. S. I 4_{25}: tres leguntur in codd. lectiones: ,quem vis media $\left\{\begin{matrix}\text{elige}\\ \text{erue}\\ \text{eripe}\end{matrix}\right\}$ turba'; quarum prima plerisque in codicibus iisque optimis, ut Par γ, Ambr. a. Argent. C, ,erue' in codicibus $\varphi + \psi$, λ', u + v (cf. Kell. epileg.)[1]), Vatic., Voss. exstat; tertiam lectionem ,eripe' non exhibent nisi tres apud Cruquium Bland. cdd. vetustissimi.

At ,elige' etiamsi optimis in codicibus traditum est, tamen rejiciendum esse facile liquet: neque enim ut genuina fuerit omnino intellegitur, quomodo ex ea corruptelae ,erue et ,eripe' manare potuerint. Omnes enim ejusmodi variae lectiones ita certe factae sunt, ut pro scholio margini adsuto a librariis, qui non jam scholion, sed alteram quandam lectionem, adscriptam sive ex eodom quo cetera omnia sive ex aliis libris, putarent, in ipsum verborum textum reciperent. Quod si ita est, plane inepte putares genuinam ,elige' utpote facillimam trium illarum lectionum eum in modum postea corruptam esse; idem profecto esset, ac si O. II 13_{23} — ut unum afferam exemplum — genuinam ,discretas' scholiastam aliquem per glossam ,discriptas' interpretatum esse arbitrareris. De altera causa, cur lectio ,elige' falsa sit, v. Heindorfii (Hor. sat. ed. H.,^{2} ed. Wüstemann, Lips. 1843) adn. huic loco subscript.

---

[1]) $\varphi + \psi$ = codd. Par.; λ' = Par. λ + Leid. l.; u + v = codd. Par.

Non minus improbanda est lectio ‚eripe', sed non ideo quod, ut vult Passowius (Hor. 4ª sat. lat. und deutsch mit rechtfertg. Berl. 828) „es vom Dichter stets, ebenso wie arripere im begriff der ungestümen, oft besinnungslosen eile oder gewalt gebr. wird," quod exemplis a me s. v. eripio collectis satis refutatur, ac ne propterea quidem, quod eripere — quod Kirchnerus affert — „ein rettendes herausziehen bedeute" — id enim negatur S. I 4_{57} „His eripias si Tempora certa modosque — sed quia supra vidimus eripere aut cum dativo aut cum praepos. ab. H. construi.

Restat igitur, ut genuinam putemus lectionem ‚erue',[1]) quae per se praeterea eam probabilitatem habet, quod perfacile in ‚eripe' corrumpi potuit, sed non scholio margini adscripto, sed quod pro ‚u' paullulum producta priore litterae lineola (erpe) a librario minus accurate intuente ‚eripe' facile legi potuit; quod mihi magis probatur quam quod Kellerus affert, qui demonstrat ‚erue' ex ‚elige' eum in modum exstitisse.

V. S. I 7_{29}: ‚Expressa arbusto regerit convicia':

‚arbusto', ex participio ‚expressa' pendens, non dativus, quem Krueg. intellegit, sed ablativus est.

VI. S. II 3_{202}: ‚Abstinuit vim Uxore et gnato':

de ambiguitate, utrum traditam lectionem ‚uxore' genuinam an in ‚uxori' permutandam existimemus, cf. hj. comment. § 5.

---

[1]) locos, quibus fere eadem verbi significatio exstat, attulit Gesnerus in thesauro l. l. suo s. v. eruo.

VITA.

Ludovicus Alexius Ferdinandus Teetz natus sum die XVII. m. Julii a. 1860 Primislaviae in urbe Ukaramarchiensi patre Friderico, matre Guilelma e gente Marsal, quos adhuc superstites esse quam maxime gaudeo; fidei addictus sum evangelicae. Novem annos natus, postquam prima litterarum elementa in ludo communi didici, in patrium gymnasium receptus sum, quod usque ad anni 1879 tempus autumale frequentavi: inde in gymnasium Neobrandenburgense traductus anno h. s. 80 maturitatis testimonio instructus sum.

Per duo semestria — interrupta tribus, quibus universitatis litt. Rostochiensis scholis intereram — in universitate Friderica Guilelma Berolinensi studiis incubii et philologicis et theodiscis; deinde ut studia absolverem, Halas Saxonum me contuli.

Usus sum praeceptoribus hisce VV. DD.: Bechstein, Fritsche, Kaibel, Körte, H. de Stein in universitate Rostochiensi; Furtwängler, Hübner, Ad. Kirchoff, Müllenhof, Rödiger, Scherer, Seeck, Joh. Schmidt, Vahlen, Wattenbach, Berolini; Burdach. Dittenberger, Gering, Gosche, Hiller, Keil, Zacher Halis; seminarii philologici exercitationibus ut interessem per unum semestre Kaibel et Fritsche, per tria Dittenberger, Hiller, Keil permiserunt mihi benignissime; praeterea societatibus, quas instituere solent, me admiserunt: Burdach, Gering, Gosche, Haym, Keil, Vaihinger, Zacher.

Quibus omnibus VV. DD. ex intimo animo gratias hic ago quam maxumas: imprimis JLL. VV. Dittenberger, Hiller, Keil, Zacher, qui prae ceteris studiorum meorum erant adjutores ac modeatores, pio animo colere nunquam desinam.